b ¶ *Ca si la rescibiesse.* Adde. l. si pars. §. fin. &. l. nihil. & . l. penult. & fin. ff. de inofficio. testa. & . l. si ex modica. §. fina. cum. l. sequen. ff. de bonis liber. & Bald. in. l. prima columna. fin. ver. item pone filio legatum. C. de iure fisci. libr. 10. & limita, tiisi tale legatum recepisset, vt alij, illico restituere: vt habetur in dict. §. fina. qui text. secundum Angel. ibi allegatur pro casu q filius exhęredatus, vel præteritus relictus executor in testamento, licet acceptet fideicommissariam, non excluditur proinde à iure querelandi, vel dicendi nullum. & hoc dicit ibi Ange. quod tenebat Bald. ipso Angel. audiente. idem tamen Ange. ibi tenet contrarium volens, quod si ex hac acceptatione inducatur agnitio & approbatio testamenti, licet non acceptet fideicommissariam, vt quærat sibi, sed vt impleat votum testantis: mihi vero magis placet opinio Baldi. cum enim ex causa præteritionis, vel exhæredationis rumpatur testamentum quoad institutionem, non quo ad legata, & cætera in testamento contenta: vt in authenti. ex causa. C. de libe. præteri. & infra isto titu. l. fina. possunt ita stare simul agnoscere testamentũ quo ad executionem relictorũ, & impugnare quoad institutionẽ. & quia videtur, p hoc casus in. d. §. fina. Paul. vbi etiam inclinat in opinionem Bald. allegans pro eo determinationem Ioan. Andrę in addit. ad Spe-

la. titu. de instru. editio. §. nunc vero aliqua. in additio. quæ incipit admittatur.

c ¶ *E non lo protestasse.* Not. hoc de protestatione, quia non ita exprimebatur clare in. ll. de quibus ista sumpta est. & induci potest ad quæstionem de filio recipiente rem à patre sub certo grauamine quæ tamen erat res antiquę maioriæ quod ex hoc sibi filius præiudicet de qua quęstione vide quod not. Bal. in capitu. vnico. de feu. guardiæ. §. fi. verficu. modo quæro. vbi dicit q si talis recognitio fiat per errorem vel imprefionem aliter quam more solito non nocet sibi neque posteris. & dicit etiam Bald. in capit. 1. qualiter iuramentum debet vassa. domi. fideli. quod nota iuramenta exorta contra antiquam consuetudinem præsumuntur impressiua. quod tu nota.

d ¶ *La querella.* i. ius dicendi nullum, quia non fuit relictum iure institutionis. vt in. d. §. aliud quoque capitulum. vel dic, quod intelligatur proprie de querela inofficiosi testamenti: & sic quod per istam. l. tenetur conclusio do&o. per. d. tex. quòd testamentum sit nullum, si filius non instituatur, licet aliquid sibi relinquatur iure legati vel fideicommissi: vt non procedat quando filius simpliciter acceptauit legatum sibi relictum pro legitima: nam tunc tenebit testamentum, neque potent rescindi per querelam, nisi protestetur, cum recipit q saltem sic sibi ius querelæ. imo etiam vlterius probari videtur ex ista. l. quòd etiã si filius non acceptet legatum relictum sibi pro legitima: tamẽ adhuc ad rescissionem testamenti opus erit intentare querelam. & sic quòd non competat sibi ius dicendi nullum. & isto casu poterit procedere opinio communior, de qua dixi supra in gloss. secunda. obstat tamen adhoc text. in. d. §. aliud quoquecapitulum. ibi nec si per quamlibet donationem vel legatum vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederint legibus debitam portionem. vnde cum ista. l. superius dixit (quebrantar.) expone vt dixi supra in glo3. dicendo testamentum nullum.

e ¶ *Partiesse.* Prosequitur nota. per Azo. C. de inofficio. testamẽ. in summa. columna fina. versicu. si autem non faciat pater perfectum testamentum. & concordat cum. l. parentibus. C. eod. & . l. final. C. famil. hercis. & vide per Alexand. consil. 168. quinto volum. inscript ponderaris narratis in themate. columna secunda. vbi probat, quod talis diuisio non requiritur, quod fiat titu. institutionis. & quòd ita debeat limitari. d. §. aliud quoque capitulum. & distingui per. d. l. fina. & ita approbatur hic.

f ¶ *Como a heredero.* Approbat gloss. in. l. omnimodo. C. eodem. in verbo vel fideicommisso. quid autem, si testator, qui per verbum relinquo aliquid, dat filio suo, adiiciat q vult quòd testamentum valeat omni meliori modo, via & forma &c. an per hoc sustenteturtestamentum, & censeatur relinqui iure institutionis? Bald. notabiliter vult quod sic in. l. quotiens. columna secunda. C. de hæredibus instituendis. ex eo, quod verba sunt trahenda & aptanda personis, quibus loquimur secundum qualitates personarum allegat. l. qui iure militari. ff. de testa. milit. & alia quæ ibi videbis: & quia vulgares homines illiterati nesciunt vulgarizare aliud verbum, quàm relinquo, & durum & contra æquitatem est dicere, quòd verbum generale non aptetur in ea specie, in qua magis saluatur. Subdit tamen, quòd si testator expresse diceret relinquo iure legati: tunc filius esset præteritus. Et satis placet istud dictum Bald. quia consonat rationi. & . l. ista partitarum non repugnat imo confert, cum supra dixit (mas como en razõ de manda.

a ¶ *Guelo cõplisse.* Concordat cũ l. omnimodo. C. de inofficio. testa. & procedit etiam si pater, qui instituit minus legitimã prohibeat plus petere, nam adhuc agitur ad supplemẽtum, vt in. §. cæterum. in authẽ. vt cũ de appella. cognos. & dest. cõuniter in d. l. omnimodo. Et si relictum minus legitima sit acceptatum. Et ade Pau. in. l. q de bonis. §. cũ fideicõmissum. ff. ad. l. Falci. Itẽ procedit hoc non solũ in liberis sed etiam in parẽtibus, & in fratribus instituta turpi persona. glo. & ibi vide Iaso. in. d. l. omnimodo. & aduerte q licẽt istud ius agendi ad supplementum successit loco querelæ. vt in dicta. l. omnimodo. non tamen tollitur quinquennio, sicut tollitur querela. vt supra. l. proxima. & ita est communis conclusio contra Bar. in l. si quis filium. C. de inofficio. testa. vt dixi supra. l. proxima. & tradit nouissimè Roderic. Suar. in commẽto. l. fori posita sub repet. l. quoniã in prioribus. in tertia limitatione. fo. 66. colum. tertia. erit ergo hoc remedium perpetuum vsq; ad triginta annos, etiam stante. l. Taurina. 63. qua cauetur actionẽ personalem competentem ad petendum debitum præscribi viginti annis, nam talis lex non extenditur ad supplementum legitimæ, vel ad legitimam, pro qua datur petitio hæreditatis. & ita loquendo in simili statuto concludit Philip. Corneus. consil. 274. in hac consultatione. colum. 1. &. 2. in primo volu. & Balb. in suo tractatu præscriptionum. fo. 36. colum. 4. versic. 23. quæro. & istud ius agendi ad supplementum transmittitur ad hæredes. vt not. Bald. in. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. Salicet. in. l. fcimus. in principio. versi. quæro. cum glo. C. de inoffic. testamen. Decius vbi refert alia qua consilia Alexand. consilio. 81. numero. 1. vt tamen excluditur hæres triginta annis, si non petat supplementum: sic excluderentur & hæredes: quia cursu talis temporis induci videtur repudiatio, vt tradit Roderic. vbi supra cum laborat in respondendo, quomodo excludi posset lapsu temporis hæres, cum repletio fiat ipso iure, tu vero posses etiam respondere ad hoc, quòd repletio ita fit ipso iure: dum tamen petatur à parte, vt dixit gloss. notabilis, in dict. l. fcimus. in principio. quam ibi approbant Alber. Bartol & Paul. de Cast. & idem vult Bal. ibi quoad immutabilem acquisitionem, quæ non fit nisi per agnitionem. Solus Salice. ibi vult, quòd suppletio fiat ipso iure, & si nihil petatur à parte, & sic quòd fiat pure, & non conditionaliter si petat, moueturquia si aliter diceretur, grauamen ineslet: quòd est cõtra. l. quoniam in prioribus. C. eod. neq; tunc secundum eum transmitteretur ad hæredem si supplementum non fuisset petitum. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de lega. 1. tandem fatetur Salicet. quod in essentia repletionis non prodesset: nisi petatur per filium vel eius hæredem, in quẽ transmittit: & ita simpliciter tranlit ibi Iaso. & vt vides opinio glos. est magis communis. vnde admirari non desino, qualiter Roderic. vbi supra dixerit glossillam communiter reprobari: cum solus Salice. reprobet eam, motus forte fragili fundamento: illa nanque tacita conditio à lege subintellecta, si filius petierit, non impedit transmissionem, vt in. l. conditiones extrinsecus. ff. de conditio. & demonstratio. Sed pone quòd pater per viam legati fecit maioriam in vnum filium, & alium filium hæredem vniuersalem instituit, & filium monachum forte præteriuit vel ei minus legitima reliquit: modo iste filius monachus vel quia hàs vult agere ad supplementum vult agere tam contra illum cui fuit relicta maioria quam contra hæredem vniuersaliter institutum, vt suppleatur legitima, an possit? & videtur quòd sic, imo quòd ab vtroq; repetat per text. singularem in. l. si

libertus sub conditione. §. libertus. in fine. ff. de bonis libertor. neque obstat. l. 1. C. si certum peta. quia illa procedit respectu creditorum: hic vero loquitur de supplemento legitimæ.

b ¶ *Herederos.* Et sic videtur velle ista. l. quòd onus supplementi spectet ad hæredes tantum, prout etiam vult text. in authẽ. vt cum de appel. cognos. §. cæterũ. sed Bart. in. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffici. testa. tenet, q debeat fieri tã ab hæredibus quàm à legatarijs pro rata & ibi respondet ad. d. §. cæterum, quòd non dicat simpliciter ab hæredib⁹, sed subiungit secundum alias nostras leges secundum quas debet fieri tã ab hæredibus quàm à legatarijs: vt habetur in. l. si libertus sub conditione. §. libertus. ff. de bonis libertorum. Vt hic vides. l. ista partitarum loquitur, simpliciter, videtur dicendum cum Salicet o postalios quòd cum legitima filijs debita censetur vt æs alienum, vt in dicto. §. quarta. omnes æs alienum primo ab hæreditate deducetur, secundo verò ad æris alieni si militudinem legitima filij deducetur, ex residuo vero soluentur legata detracta falcidia iure institutionis hæredi debita & per hunc modum potest dici, quòd detrahitur de vtroque: vbi vero portio remanet hæredi ita sit opulenta, quòd sufficiat ad repletionem legitimæ filij, & pro sua falcidia: tunc integra legata soluentur, & nihil eis minuetur. Et ita videtur intelligenda ista. l. partitarum.

¶ *Ley. V I.*

Qualitercunq; exhæredatus consentiat testamento, vt puta legatum recipiendo, ei vel suo iuri subiecto relictũ, vel si testamẽtũ vt procurator vel aduocatus defendat excluditur ab ista querela. h. d. Habuit ortum à. l. parentibus. C. eo. titu. & . l. penultima. & fina. ff. eod. titu.

c ¶ *Asu ſyo.* Adde. l. nihil interest. ff. eod.

d ¶ *Recibiesse.* Adde. l. supra proximam ibi, ca si la recibiesse. cum concordan. ibi allega.

e ¶ *Abogado, o personero.* Concord. cum. l. fin. ff. eod.

f ¶ *Semejante destas.* Vt in casu. l. penult. §. si hæres. ff. de inofficio. testamen. in verb. diuersum. & versic. quid ergo. & in casu. l. si proponas. §. fi. eod. titu. & in casu. l. parentibus. C. eod.

g ¶ *Querellarse.* Et in fine etiam subditur (ni deue ser oydo) & sic exhæredatus agnoscens iudicium defuncti repellitur à querela, & nihil habebit de bonis testatoris, & si petat legitimam. Nam, quod dicitur, quòd agnoscens iudicium defuncti, non præiudicat sibi in legitima, vt habetur in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. testament. procedit. vt ibi habetur, quando filius fuit in aliquo institutus: tunc enim & si recipiat, quod fuit relictum sine aliqua protestatione, remanet sibi saltum ius legitimæ, prout nouissime post alios adducit Roderic. Suarez in repetitione. l. quoniam in prioribus, in nona ampliatione. Requiritur enim tunc specifica renuntiatio legitimæ secundum Baldum. & alios, in dict. §. & generaliter. & secundum Alexand. consilio octauo. volumi. tertio. & vide in materia elegans consilium Petri de Anchara. consilio. 152. incipit, plura sunt dubia. si verò filius fuisset exhæredatus, tunc agnoscens iudicium defuncti repellitur à querela, & etiam à iure petendi legitimam seu supplementum legitimæ, vt declarat Paul. de Castr. in. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inofficio. testamen.

¶ *Lex. V II.*

Rupto testamento per sententiam quæ trãsiuit in rem iudicatam hæredis institutio remanet nulla, & succedunt venientes ab intestato: legata tamen & libertates valida remanent. h. d.

h ¶ *Deste titulo.* Siue ex causa exhæredationis, siue ex causa præteritionis, vt supra eodem. l. prima. & in authentica. ex causa. C. de liber. præteri. & quod hic dicit, quebrantado, intellige largo modo, vt procedat etiam euacuato, seu annullato testamento ex causa præteritionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Pierde.* Adde.l Papinianus.§.fin.ff.eod.&.l.mater decedens.

b ¶ *Fijo, o nieto.* Adde.l.mater decedens.ff.eodem.

c ¶ *Segun derecho.* Non aperit quam partem, intellige ergo de ea, quam habiturus esset ab intestato, secundum opinionem Ynnerij, de qua per gl.in dicta.l.mater decedens.quam approbant ibi Albert. & Paul. de Castr. & satis hoc vult.l. ista partitarū cū rescisso testamēto, & redacto ad causam intestati, de iure debēt filij in viriles partes succedere.

d ¶ *El fijo.* In patre vide.l.n.ad fin. supra titu. primo. & qd in fratre præterito vl exhæredato turpi persona istituta? Bald. in.l. fratres.in.3.q. C. de inofficio.testamē.tenet quòd idem erit: & quòd legata conseruent Angel.verò in authen.vt cum de appella.cognos.§.fi.colla.8.& Imol. in.l.filio præterito.tenet contrarium, quia cum istæ. ll. sint correctoriæ.& solum loquantur in filij & parentibus,non debent extendi ad fratres: & sic isto casu rumpentur etiam legata.l.Papinianus.§. fin. ff. de inofficio.testamen.idem tenet Paul.de Castrin.l.si patroni.§.fi.ff. ad Trebell.vbi etiam idem tenet Alexand.colum.pen.

e ¶ *Desheredado.* Vide quæ dicto in glo.sequenti.& quid si pater, vel mater prætereat filium,quem ignorabat habere,an procedat ista.l.&.d. authentic.ex causa in hoc fuerunt contrariæ opiniones,de quibus latè vide per Alexand.in dict.authenti.ex causa.columna decima.vnde cima,& duodecima. vbi concludit æquiorem esse opinionem Barto. & aliorum tenentium,quòd tunc legata non conseruentur cum limitationibus.Angel. quas ibi refert,sed veriorem esse opinionem contrariam in puncto iuris, quæ fuit Bald.& aliorum. vide ibi latè per eum.

f ¶ *Lo quebrantasse.* Sive per querelam, sive per ius dicendi nullum, vel per bonorum possessionem contra tabul. sic etiam docto. communiter intelligunt text.in.§.sive igitur.in authen.vt cum de appella. cognos.dum loquitur de recisione,vt accipiatur diuersimode,id est, ipso iure quando a principio testamentum fuit nullum. Et de recisione per remedia rectoria, quando fuit validum,facit text.cum gloss.in.l. secunda.in.de offic.proconsu.& satis hoc probatur in.l.vndecima.titul.supra proximo.ad finem legis, verbum enim semel positum aliquando proprie,vel impropriè ponitur.gloss.in dicta.l. secunda. & sic etiam si filius in potestate prætereatur,conseruātur legata per istā legem.& per dictam authenticam ex causa,& in corpore, vnde sumitur licet Oldraldus consilio.1,8.incipit thema tale est.Durandus habens quatuor filios in prima quæstione contrarium tenuit per fundamenta, quæ ibi videbis: & tenuerunt etiam alij docto. antiqui, inter quos fuisse videtur Azo. C. de inofficioso testamento. in summa. columna penultim.versiculo. hodie autem non videtur. Et fundamentum istorum est,quia cum tunc legata non pendeant ab institutione per seipsa detecta nullitate subsistere non possunt. & quòd text. in dict.§.sive igitur dum tractat de conseruatione legatorum, non loquitur de præteritis,sed de exhæredatis, vel de emancipatis præteritis: qui laborant in rumpendo per contra tabulas, magis communis opinio tamen est in contrarium,secundum Alexand.in dicta authentica ex causa.columna decima.versi.extra gloss.est videndum, qui respondet motiuis antiquorum,& Ioan.de Imol.qui tenuerunt contra communem,& sustentat opinionem communem,ista tamen. l. partitarum videtur velle,q; tunc legata & cætera hic contenta conseruentur,quando filius fuit exhæredatus,patet expresse,cum dicit(que como quier que el fijo,o el nieto fuere desheredado). Et sic aperte videtur approbare opinionem Azo. & Oldraldi, & aliorum antiquorum nisi sustentando communem opinionem dicas, quod istud verbum,exhæredatio,large sumitur pro exclusione ab hæreditate facta tacite vel expresse,prout respondet Bartolus in.l.ggg.filio præterito.columna secunda.ff.de minist.rupt.& quia negari non potest, quin ista l.& dict.§.sive igitur.in versicu.sin autem hæc obseruata. habeant locum, quando filius fuit exhæredatus à patre sine expressione causæ, quòd tunc legata conseruentur. vt dicit gloss. in dicta authentica, ex causa.vbi late hoc probat Barto.versic.expediti sumus de contrarijs,circa verbum præteritionis.& quia.l.prima.supra isto titu. æquiparat exhæredationem perperam factam,& præteritionem, & ita est quòd exhæredatio facta sine causa,tanquam non solennis haberi debet pro præteritione paterna.l.non putauit.§. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tabu.ergo ista.l. &.d.§.sive igitur.habent locum in præteritione paterna,quæ vt largo modo dixi dicitur exhæredatio: & qa hoc expressū habem[2] in patre exhæredato à filio sine causa, q̄ conseruentur legata.& cætera præter exhæredatiōem in l.n.titul.7.supra eadem partita.igitur idem dicendum in filio non rite exhæredato,vel præterito,& hoc videtur tenēdum.quid autem si pater fecit testamentum,in quo filium præterijt?& neminem hæredem instituit, an habebit locum ista.l.& dict.authenti.ex causa.glo.in.l. prima.§.fi. ff.de vulga.& pupilla.vult quòd non,quamibi not.Bart. & sic quod authentica ex causa.non habeat locum,quando quis fecit testamentum,& nemo in eo fuit hæres institutus.Et idem tenet Barto. allegans dict.glo.in dict.§.sive igitur. & Alexand. post alios in dicto.§. fina.& idem si testamentum sit nullum ratione nō rectè institutionis, vt in quæstione Angel.in.l.Gallus.§.ille casus.ff.de liberis & posthu. hodie tamen per.l.ordina.titu.de los testamentos.l.prima.etiam nemine instituto,conseruantur legata & aliain testamento contenta. & sic non procedet dispositio illius glo.& cum.l.ibi dicit, quebrantasse, intelligo quo ad institutionem,vt in dicta authentica.ex causa. de qua fuit pta est,sed est pulchrum dubium, an saltem quo ad q̄ntam partem,in qua poterat institui extraneus.filio exhæredato vel prætereto, conseruabitur institutio?& videbatur quòd sic per textum in.l. filiis, §.sed si portio.ff.de legat.præstan.contra tabu.bono. pos. peti. tu dic quòd in nullo conseruabitur quo ad institutionem, quando exhæredatio non fuit rite facta.vel filius fuit præteritus, qui erat in potestate,vel si erat emancipatus,fuit præteritus sine causa,quia cum istis casibus testamentum sit nullum,vt not.gloss.in authentic. de hæredib. & falcid.§.exhæredatos.in nullo tenebit quo ad institutionem, & sic hereditas æquis portionibus veniet ad liberos, & successores ab intestato,si vero exhæredetur,filius vel prætereatur causa inserta,& sit emancipatus,est maius dubium. Cum tali casu tenebat testamentum, & opus erat remedio reciserio.Sed etiam adhuc videtur idem dicendum in isto casu,& ita probatur in dict.§.sive igitur.in principio. & in versi. sitales.nam rupto testamento quia causa non est probata, testamentum redditur nullum quo ad institutionem, & hęreditas æquis portionibus deueniet ad liberos,vt ibi habetur,& ita vult.Alexand.in.d. authentica.ex causa.colum.fina.versic.limitatur etiam ista authentica. & ad de Bald.in.l.& in epistola.C.de fideicō. dum tenet, quòd etiā si pauperes sint instituti,filio præterito, præteritus filius dicet testamentum nullum:& pauperes instituti nihil consequentur.allegat dict.authenticam ex causa.

g ¶ *Mandas.* Extende etiā in legatis relictis sub falsa demōstratione inexta.l.si non designata.C.de falsˇ.causˇ.adiect.lega.secundum Salicet. ibi licet ibi contrarium voluit Ange.& opi.Salice.approbat Alexā.in.d. authen.ex causa.col.antepe.Vtrum autem legata relicta filio præterito qui testamentum rupit,debeantur?gloss. mouit istam quæstionem. in.l.maximū vitium.C.de libe.præter.super verbo. totius substantię & ponit opiniones non se firmans.Bart.in.l.filium.§.1.ff.de legat.præstan.refert q̄ Martī.Silla.disputauit hanc quæstionē & tenuit, q̄ non debeantur ei,q impugnauit testamentum:cuius opinionem tenet ibi Bart.quē videas plenius in hoc loquentē,& idem tenentē in.d. authē. ex causa.col.9.& in prin.10.& ista opi.Bar.tenetur per Alexā. post alios q̄plures per eum relatos in.d.l.maximū vitiū. ad fi. quid etiam si vnus ex filijs esset institutus, & ab eo legatum relictū, & alij præteriti, vel exhęredati rumpant testamentum:an tale legatum debeatur ab omnibus vel solum ab instituto? vide tex.cum glol.in.l. nonnunq̄.§.1. ff.de lega.præstan. quid etiam si testator fecerit primū testamentum

validum & secundum fecit inualidum propter vitium præteritionis: vtrum hoc casu hæredes scripti in primo testamento tenebuntur præstare legata relicta in secundo? Barto.in.l.si iure.ff.de legat.3. simpliciter tenet q̄ sic volens q̄ a uthen.ex causa.etiam habeat locum in isto casu:contrarium tamen tenet Angel.in consil. 186. incipit, berta habetus ex eo q̄. d. auth. & in corpore, vnde sumitur,corrigit iura antiqua eo casu, quo rupto testamēto vadit hęreditas ad succedētes ab intestato. Ergo cū simus i correctorijs, non debet fieri extensio ad simile casum. Et istam opinionē Ange. post alios sequitur Alexan. in. d. authen.ex causa.col.fin. limitans post Bar. nisi in secūdo testamento esset clausula codicillaris, licèt in hoc contrarium etiam tenuit Bald.in.l. si filius qui in potestate,i vltimo dicto. ff. de libe.& posthu. & in dict. authen.ex causa.col.12. versi. §.quæro. & Ioan.de Imol. in cap.cum esses. de testament. quinta charta. Quid autē in donationibus causa mortis. an conseruentur similiter sicut legata? vi de Bald. quòd sic in.l.licet.ad finem.C.de pact.vide etiam Bald.in.l.secunda.colu. tertia.C.quib.res iudi.non nocet,& Barto.in dict. autentica. ex causa.columna antepenult.de substitutione pupilla.vide.l. decimā. titu. quinto.supra ead.partita.vbi etiam vide quę dixi in exemplari sub substitutione,de fideicommisso vniuersali,an conseruetur? Barto. tenet quòd sic in.l.ita tamen.§.quotiens.ff.ad trebel.post glo. ibi. & idem tenet Bald.in dicta autentica ex causa.columna decima.versicu.secūdo.oppono.& ibi dicit quod filius habebit legitimam, & reliquum vigore fideicommissi restituet,& hāc dicit communem opinionem Alexand.in dicta autentica.ex causa. columna quinta. & in dict.§. quotiens.columna quarta.dicit hāc esse magis communem opinionem.mouentur ad hoc docto.quia per dictam autentica cætera firma manent & appellatione cæterorum venit fideicommissum vniuersale,vt in dict.§.quotiens.&.l.si seruum.§.primo.ff.si quis omiss. caus.testa.& hoc videtur tenendum etiam stante ista.l. partitarum, quæ non ita large dicit de cæteris in testamento contentis,& supplet debeat in hoc per alias.l.iuris communis quibus ista noluit derogare,& bene consert ad hoc.l.vndecima.in fine.supra titu.primo ibi cum dicit(mas las mandas,e las otras cosas.) & de aliis etiam quę venient sub appellatione cæterorum.vide per Bald.in dicta autentica ex causa.columna decima.alias etiam limitationes ad istam.l. &.d. autenti.vide per Guliel.Benedict.in repetitione capituli. ray nuntius. de testament.in verbo in eodem testamento relinquens.fol.227.

a ¶ *Enel titulo.* Vide in.l.quarta.& decima.supra titu.primo.

Titulo. IX. De las mandas que los omes fazen en sus testamentos.

¶ *Titulus nonus. De legatis.*

¶ *Lex prima.*

MAndas fazen los omes en sus testamētos por sus animas,o por fazer bié a algūos cō quiē hā debdo de amor,o de parentesco. E pues q̄ en los otros titulos ante deste, fablamos de los herederos, q̄ heredan todos los bienes de aquellos q̄ los establesciēren. E otrosi de los deshe redamientos q̄ se fazē a derecho,o a tuerto, contra aquellos que deuen heredar, Queremos aquí dezir de las mādas que dexa el testador de cosas señaladas en su testamento. E mostrar que cosa es manda. E quien la puede fazer. E quien non. E en que manera. E de q̄ cosas. E como se puede reuocar, o desatar. E quien la puede demandar, despues que fuere fecha. E en que tiempo. E en que lugar.

¶ *Ley. I. Que cosa es manda, e quien la puede fazer e a quien, e en que manera.*

MAnda es vna manera de donaciō [b] q̄ dexa el testador en su testamēto,o en cobdicillo a alguno por amor de Dios,o de su anima,o por fazer algo a quel a quien dexa la manda. Otra donaciō fazē a q̄ dizē en latin, donatio causa mortis,q̄ quier tāto dezir, como cosa q̄ da el testador a otro,cuydādo se morir. E deste fablamos en el titulo delas donaciōes [c]. E puede fazer tal manda,o tal donaciō todo ome q̄ ha poder de fazer testaméto,o codicillo [d]. Otrosi dezimos: q̄ a todos aq̄llos puede ser dexada manda, q̄ puedē ser establescidos por herederos [e], e quales son los que pueden esto fazer e quales non, mostramos cumplidamente en las leyes que fablā en esta razon, enel titulo delos testamentos [f], e en el titulo delos establesciemientos de los herederos [g]. Pero dezimos, que maguer acaesciesse que alguno ouiesse tal embargo enel tiempo q̄ le mādassen algo en el testamento, que estonce nō lo pudiesse auer de derecho, si enel tiempo que muriesse [h] el testador fuesse libre de aquella razon que gelo embargaua, non deue perder la manda que le fue dexada, ante la deue auer.

¶ *Ley. II. Quando muchos herederos son establescidos en el testamēto, como el vno dellos pue de auer la manda que le dexasse el testador, maguer non quisiesse ser heredero.*

MVchos herederos de so vno dexando algun ome en su testamento, si mandasse a alguno dellos señaladamente alguna cosa de mas que a los otros herederos, dezimos que este atal, maguer desamparasse la heredad del fazedor del testamento que deue auer por razon que era estable

Legatum est quędam donatio in testamēto vel codicillo relicta,&potest legari ei, qui potest hæres instituti. Ité si legatarius non sit capax tempore testamenti sufficit q̄ sit capax & liber tempore mortis testatoris.h.d.

b ¶ *De donacion.* Adde.l.legatū ff.de lega.2. & insti. de leg. in princi. vbi etiā addit ab hæte de præstanda. Quid autē si ipse testator ī vita rem legatam tradat legatario: an tūc transeat in nouam donationē & incipiat esse donatio in ter viuos? Dynus voluit, q̄ sic Rayne. quē sequitur Albe ric.in.d.l.legatum tenet contrarium, imo q̄ adhuc retineat suā naturam legati. vide ibi per Bar to. distinguentem, an soluat simpliciter vel exprimendo ex causa legati.

c ¶ *En el titulo de las donaciones.* In.l.fina.

d ¶ *Codicillo.* Adde.l.2.ff.de lega.1. &.l. tam is.ff. de donatio. cauſ. mort. prohibitus ergo testari vel codicillari nō poterit legata vel fideicommissa relinquere: vnde Cardinales qui non possunt testari, nisi de licentia Papæ secūdum consuetudinem Romanæ curiæ, vt voluit Hostien.in summa.titu.de pœniten & remiss.§.cui confitendū. versicu. cui autem debent vel episcopi de rebus ecclesiæ intuitu acquisitis, vt in.c.1.de testa.non poterūt legata nec fideicōmissa de talibus rebus relinquere, de qua materia, vide notabile consilium Soci.3. volu. consilio.91.& Soci.iunioris.consi.89.primo volu.

e ¶ *Por herederos.* Adde.§.legari.instituta.de lega.

f ¶ *En el titulo delos testamentos.* Vide in.l.13.cum sequentibus.

g ¶ *Enel titulo delos establescimientos delos herederos.* Vi. in.l.3. &.4. &.5. ff.de acqr.hære.&.l.si cognatis.ff.de reb.dub.&.l. si deportati seruo. ff.de lega.3.i.respon.&.l.nō intelligit.ff.de iur.fisci.§.3.& glo.in. d.l.si cognatis.& approbatur hic opinio illorū qui in legatis dicebant cā pacitatē spectandā in legatario tēpore mortis vt tradit Lucas de Pena in.l.i.C.de delato.lib.10.

h ¶ *Muriesse.* Adde.l.si mihi,& tibi.§.regula.ff.de lega.1.&.l.seruus eius. ff.de lega.3.i.respon.&.l.nō intelligit.ff.de iur.fisci.§.3.& glo.in. d.l.si cognatis.& approbatur hic opinio illorū qui in legatis dicebant cā pacitatē spectandā in legatario tēpore mortis vt tradit Lucas de Pena in.l.i.C.de delato.lib.10.

¶ *Lex. II.*

Pluribus hæredibus in testamento relictis si vni eorum testater singulariter aliquid legat,& is velit hæreditatem repudiare, potest, sed nihilominus legatum habebit nisi testator prohibuit legatum repudianti hæreditatem.h.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

escido per heredero con los otros, non se le embarga porende q̃ nõ aya la mãda,[a] de la cosa señalada q̃ le dexo el testador, Fueras ende, si le fuesse defendido señaladamente en el testameto, q̃ non ouiesse la manda[b], si dexasse la herencia, nõ que riendo ser heredero della.

¶ Ley. III. Como el fazedor del testamento puede obligar a aquellos a quien manda algo en el que den a otri fasta en aquella quantia que les dexa.

PVede el testador mandar, e obligar en su testamento, o codicilo a aquel que estableſciere por su heredero[c], que de o pague alguna cosa a otri. Esse mismo mandamiento puede fazer todo ome a aquellos que han derecho de heredar lo suyo si muriere sin testamento.[d] Estos herederos lo deuen cumplir luego[e], que son apoderados de la herencia del finado. E aun dezimos que si el testador mandasse a alguno de aquellos, a quien el ouiesse dexado de lo suyo señaladamente, que de aquello que le mandaua, que diesse alguna cosa a otri: tenudo es delo cumplir, [f] fasta aquella quantia, [g] que montasse aquellõ que el auia dexado por manda. E non tan solamente son obligados a cumplir esto que diximos los sobredichos en esta ley: mas aun los herederos dellos[a]. Fueras ende, si el testador deseredasse su fiso menor de catorze años, e mayor de diez años e medio[b], por alguna razon derecha: e estableſciesse a otro por heredero del moço, en los bienes que le viniessen de parte de su madre, en tal manera, que si el moço muriesse ante que fuesse de edad de catorze años, este que fuesse estableſcido por heredero lo heredasse e mandasse a este a tal que de los bienes que heredasse del moço diesse alguna cosa a otro, tal mandamiento como este, non obliga al substituto[c] nin es tenudo de lo cumplir. Ca assaz abonda[d] al padre de poder desheredar su fiso e estableſcer otro por heredero en lugar del, en los bienes que el fiso gano de otra parte.

¶ Ley. IIII. Como el fazedor del testamento puede obligar a los herederos de aquellos a quien manda algo en que den a otro, fasta en aquella quantia que les dexa.

SI el testador quando estableſciesse por su heredero a alguno, dixere en su testamento assi, quien quier que sea heredero de mi heredero mando que de a Fulano tantos marauedis, o si dixesse ruego a aquel que ha de heredar lo mio, que mande a su heredero que faga, o de tal cosa[e] a otro, q̃ tal manda dezimos q̃

vi. to taz hanc glo. p̃m effectu. et declaratione de to20/

a ¶ *La manda.* Concord. cum. l. qui filiabus. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de lega. 1. eod. tit. l. filio quem pater. & cum. l. miles. §. pro parte. ff. de lega. 2. & cum. l. cum responso. C. de lega. & istud est vtile quando hæreditas est multum implicata, & hæres institutus vult potius prælegatum: quia lites execratur secundum Bald. & Ioan. de Imol. in. d. §. fin. hinc orta fuit decisio l. Tauri. 21. q̃ filius meliorat⁹ in tertio & quinto bonorum põt acceptare melioratione, & repudiare hæreditatem: & habet etiã in. l. 29. de dote & aliis donationib⁹. tũ in casu. d. l. 21. detrahitur q̃ rata æs alienũ siue melioratio facta fuerit in certa re siue in certa p̃te bonorum. & in hoc est illa. l. singularis & notanda. & bene facit. l. si quis seruum. §. fina. cũ. l. sequenti. ff. de lega. 2. & certe q̃si melioratio sit in quota bonorum, satis ratio suadet quòd meliorat⁹ pro rata teneatur ad debita. cũ bona dicantur deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signi. l. mulier bona. ff. de iur. dot, quãdo vero fuit melioratus in re certa, non militat ista ratio: & cum sit legatum rei particularis, legatarius non videbatur teneri ad debita. arg. l. a. C. si cert. peta. & bene confert, quòd not. Batto in. l. fina. ff. de vsufruct. lega. veru. quæro quid si legatur. vbi dicit, quòd si legatur tertia pars bonorum mobilium & immobilium, videtur legatum certarũ rerum: quia iura, & actiones non continet. & sic talis legatarius non debet grauari oneribus creditorum. vt in. §. si quis vna. inst. de fideicomiss. hæredi. l. si hæreditatem. §. 1. ff. manda. & in donationibus donatarius non obligatur creditorib⁹ hæreditariis. Sed hæres donatoris. l. eris. & l. si pater C. de donatio. & l. 2. C. de reuocã. his quæ in frau. credito. aliena. iunt. quod procedit nec dum in donatione rei particularis, sed etiã in donatione tertiæ vel quintæ partis bonorum prout late consuluit Decius. consil. 237. incipit. in casu proposito. & forte ratio illi⁹ decisionis fuit, quia cum omnia bona, excepta quinta parte, sint legitima filiorum, iuxta. l. huius regni, si legatarius vel donatarius partis bonorũ haberet talem partem liberam ab onere creditorum, filius fieret præiudicium in sua legitima, ex qua deberẽt solui ere creditoribus: cũ legitima intelligatur deducto ære alieno. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testa. Et ideo ne fiat præiudicium filiis in legitima legatarius vel donatarius tertiæ partis vel quintæ bonorum in effectu tenetur ad debita, quia debet prius detrahi omne æs alienum, vt tradit Paul. de Castr. in. d. l. si quis seruum. §. fi. sicut enim reuocantur legata propter æs alienum. vt in. l. fi. §. licentia. C. de iur. deliber. sic etiã reuocãtur propter debitum bonorũ subsidium. l. ex facto. versi. vnde scio. ff. de hæred. instit. & not. glo. in. d. l. 1. C. si cert. peta. quæ ratio ita militat, si tertium vel quintum assignetur in omnibus bonis, siue in certa re particulari. Et hæc not. pro declaratione & intellectu. d. l. Tauri & eorum, quæ tradunt Docto. in locis de quibus suprà. nã vbi cessaret istud præiudicium in legitima filiorum: si donaret vel legaretur certa res, tunc nihil detraheretur de re donata, vel legata ratione æris alieni. Sed hæres teneretur, quãdo hæreditas esset soluendo, nam si non esset soluendo, tunc procederet quod habetur in. d. l. fin. §. & si præfatam. versi. licentia. C. de iur. deliber. nõ ergo est dicendũ, quod. d. l. Taurina. corrigat. l. iuris communis. & dicta Docto. prout in hoc dixit quidã ex interpretibus dictarũ. ll. tauri, imo eius dispositio conformis est cum iure communi, & caue ne decipiaris, cum le geris dictum cõsilium Decii: cum vult quòd de donatione tertiæ vel quintæ partis bonorum non detrahatur æs alienum pro rata: sed q̃ totum onus spectet ad hæredem: quia hoc esset falsum, & contra tex. in dicta. l. si quis seruum. §. fina. cum. l. sequenti. & contra glo. ibi communiter approbatam: quæ licet loquatur in legato, idem est dicendum in donatione, cum legatum sit donatio, suprà eodem. l. 1. & quia eisdem rationibus bona intelligantur deducto ære alieno. & Barto. quem ad suum propositum allegat Decius. in dicto. §. fi. non negat imo assentit, quòd de tali legato deducendum sit æs alienum. & quando facit differentiam in legato omnium bonorum, & partis bonorum est, respectu Trebellianicę, & respectu deducendi pro rata æs alienum, vt in legato omnium bonorum, intelligatur non deducto ære alieno. Et sic vniuersaliter transeant in eum debita & credita: secus autem in legato partis bonorũ, vt tunc deducatur æs alienũ.

b ¶ *Que nõ ouiesse la manda.* Add. l. sed si nõ ff. de lega. 1. cũ ll. sequentib⁹. quas vide.

¶ *Lex. III.*

20 Possũ grauare hæredem meum ex testamento vel ab intestato aliquid alii da re & etiã legatariũ vsq; ad legati valorẽ. sed si filiũ maiorem decem annorum cũ dimidio exhæredo ei dato substituto pupillariter non possum substitutum in aliquo dando grauare. I. ẽ hæres hæredis vel legatarii tenetur sicut is cui successit. hoc dicit.

c ¶ *Su heredero.* Adde. l. primam. §. sciendum. & l. si ita fuerit. ff. de lega. tertio. & inst. de lega. in prin.

d ¶ *Sin testamento.* Adde dictã. l. si non fuerit. & l. si quis. & l. consiciuntus. in prin. ff. de iur. codicillo. a filio tamen præterito licet suus hæres erit, fideicommissum relinqui non potest. l. ex filio. & ibi vi. Bart. ff. de lega. tertio. l. quidam. C. de fideicommiss. dicebat tamen Bal. in l. prima. C. de bono. posse. contra tabu. in secunda oppo. quòd si testator grauat præteritum sub conditione, si hereditas ad eum peruenit, quòd valet: secus si eum non putat successurum, & tamen grauat. arg. l. sed si sic. ff. de lega. 3. quod dictum videtur contra. d. l. ex filio. & idem Bal. contrarium ibi voluit, quia ex quo præteritus nominatim est grauatus, non tenet legatum, neq; conseruare per auctẽ. ex causa. & l. fina. suprà titu. primo. Si tamen generaliter grauat rem venientes ab intestato, vt puta, si apposuit clausulã codicillarẽ, tunc præterito succedente, valeret etiam legatum. Et idem vult Angel. in dicta. l. prima.

c ¶ *Cumplirluego.* Nam hæreditatis aditio moram legati quidem petitioni facit licet cessioni diei non. l. hæredis. ff. quando dies lega. ced. & rei legatę vere dominium transit a b adita hæreditate, & quæ rei legatæ accedunt. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. primo. & ibi vide per Bar. quid de fructibus & accessionibus rei legatæ ante aditam hæreditatem. & vide etiam in materia Barto. late in. l. in fideicõmissaria. in prin. ff. ad Trebellia. & l. si quis bonorum. & ibi Bartol. Ang. & Imol. ff. de legatis primo. & Barto. & Imol. in. l. seruo legato. in prin. ff. de legatis primo. & Bald. in. l. grege. ff. de lega. primo. & in. l. fin. §. sed quia. C. communia de lega.

f ¶ *Tenudo de cumplir.* Adde dictam. l. primam. §. sciendum. ff. de lega. tertio. & l. ab eo. C. de fideicom.

g ¶ *Fasta aquella quantia* Adde. l. 6. j. eo. nam in eo quòd excedit non tenet grauamen, vt in dicta. l. ab eo. & in. l. cum quis vxori. §. primo. ff. de dot. prælega. & l. fœta. §. fi Titius. ff. ad Trebell. quid autẽ de fructibus, quos habuitan etiam in illis posit grauari? videtur quòd sic vt in dicto. §. primo. & ibi vide Bar. hoc intelligentem, quando constaret hoc fuisse de mente testatoris, alias secus. vt in. l. q̃d his verbis. in prin. ff. de lega. tertio. & adde. l. filius familias. §. apud Marcellum. ff. de legatis primo. & l. stichus. §. titia. ff. de alienẽ. & cibar. lega. & text. nota. vbi vide glo. fi. & ibi Paul. de castr. in. l. quod de bonis. §. quòd annus. ff. ad leg. falci. & ad istam. l. adde etiam. l. Imperator. §. fi centũ. ff. de lega. secundo. vbi ponit regulam, quòd oneratus in quantitate non potest vltra grauari, quam sit quantitas & eius vsuræ. & l. si cui. ff. de fideicommiss. liberta. & eodẽ titulo. l. generaliter. §. fi quis alienum. vbi bonus tex. & l. si debitor. in prin. & in. §. in fideicommissaria. & in istis. ll. habeſ vna limitatio in ista materia, vt procedat, quãdo quantitas cum quantitate compensatur. secus si cum specie propria. veluti si pecunia accepta, rogatus sit seruum proprium manumittere, vel rem propriam quanquã maioris pretii restituere: nã legato peepto, tenef: & si plus res sua vel seruꝰ valeat. vt. j. eo. l. 6. & in. d. §. fi centũ. & in dictis legibus. ff. de fideicõmiss. liber. & idem dicẽdum est si legaret speciem propriam animo compensandi cum debito, quod legatario debebat: nam legato percepto, non poterit legatarius dicere, quòd species sibi legata valet minus, quãm quantitas sibi debita: & quòd ideo petit residuum. gloss. nota. in. l. creditorem. ff. de legat. 2. quæ adhoc allegat. d. §. fi centum. & illam gloss. dicit ibi singulariter notandam Rapha. Cuma. & Ioan. de Imol. dicit eam mentẽ tenendã. cũ qua secundũ eum transeunt Dinus & Bart. idem tamen Ioan. de Imol. sub dubio forte dicit, quòd dict. glo. videtur contra. l. ciuitatibus. §. fi. ff. de legatis. 1. cum ibi nota. Pau. de Castr. in. l. cũ abynno. ff. de lega. secũdo. & in. l. si cõpẽsandi. C. de hæredib. instituendis. distinguit, quòd aut testator legat aliquid animo compensandi & plus non dicit, & tunc dato, quòd legatarius legatum agnoscat non tenetur compensare, nisi pro rata valoris rei legatæ. l. penulti. §. fina. ff. de alimentis & cibar. legatis. Aut adiecit testator quòd nihil amplius petere possit: & tunc si agnoscat legatum creditor nihil amplius petere poterit, dato quòd legatum minus valeat, quàm sit debitum. & cum hoc dicto Paul. videtur transire Alexand. consilio. 132. incipit viso instrumento diuisionis. secundo volum. Cõsiderãda sunt verba, quibus debitor legat speciem animo compẽsandi cum quantitate: nam si diceret, lego pro debito, seu loco debiti, satis apparet quod prohibeat, ne plus petat. vide in hoc quod tradit Salice. in. l. fi C. de his quæ sub mod. legat.

a ¶ *Los herederos dellos.* Dupliciter potest hæc litera intelligi, vel q̃ hæres hæredis teneatur ad legata, sicut etiam ipse hæres, quia hæres hæredis testatoris est hæres. l. si quis filium. §. fi. ff. de acquirend. hæredi. l. fina. C. de codicil. vel quòd etiam ab hærede hæredis vel legatarii possit legari, vel fideicommitti. l. si fuerit. §. primo. cum. l. sequenti. ff. de legatis tertio. & in hunc sensum loquutus est Azo. C. eod. in summa ad fin. prima col. cuius dicta prosequitur ista lex.

b ¶ *Diez anos e medio.* Nam ante istam ætatem non posset committere causam ingratitudinis, vt habetur suprà titulo septimo. in. l. secunda. & not. glo. in. §. non solum. instituta. de pupillari substitu.

c ¶ *Substituto.* Concordat cum. l. ab exhæredati substituto. ff. de legatis tertio. & cum. l. cum quidam. C. de lega. & aduerte, quia ista. l. non ex primit, an hoc procedat, & si pater filio exhæredato aliquid legauerit, vt neque respectu talis legati substitutus exhæredati possit grauari. quod tamen clare exprimit dict. l. cum quidam. & l. qui fundum §. qui filios. ff. ad legem falcidiam. quæ extensio ita fuit mirabilis doctoribus scribentibus in dictis legibus, quòd neque ipsi neque glos. senserunt dare rationem illius dispositionis, & merito. Cum illa dispositio aduersari videtur iuribus disponentibus, quòd quando pater filio exhæredato legat, potest eum grauare ratione talis legati. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. & l. ab eo. C. de fideicõmiss. si ergo potest legare ab exhæredato, multo fortius ab eius substituto. l. si fuerit. §. primo. ff. de legatis tertio. & suprà in ista. l. hoc satis colligitur. ex quo forte videretur dicendum, quòd cum talis extensio careat ratione, & ista. l. partitarum illam hic non exprimat, q̃ non sit seruanda, in his regnis talis dispositio tanquãm ratione carens & non approbata istis. ll. partitarum. in contrarium tamen videtur, quia ista. l. sumpta est à dictis Azo. C. de legat. in summa. ad fin. prima columna. nam cum tractat, a quo possit legari, subiungit. Item ab hærede hæredis mei, & ab hærede legatarii mei. vt. ff. de legat. tertio. l. si fuerit. §. primo. nisi in casu quando filium impuberem exhæredauit, & eidem substituit, item ei legatum reliquit: nam licèt exhæredatum, cui reliqui legatum, possum onerare: non tamen onero substitutum eius, vt infra eodem. l. cum quidam. hæc sunt verba Azo. & sic ista. l. cum posuerit dictam regulam, quod ab hærede hæredis, vel legatarij possum legare, excipit istum casum. & licèt non exprimat quando datũ fuit legatum exhæredato, satis hoc videtur includere, cum istum casum ponat, p̃ fallentia regulæ, quia aliàs nõ esset casus fallentiæ in casu, quo ab hærede legatarij legaretur, & cum. l. ista nõ reprobet talẽ dispositionem iuris communis, neque hoc dicat, videtur velle quòd illud remaneat: nam si aliud voluisset, expressisset: aut fecit in casu. l. nonæ. titul. 14. infra eod. partita. & limita istam. l. dupliciter. Primo per text. in. d. l. qui fundum. §. qui filios. Secundo per text. in. l. in ratione, la primera. §. fi. ff. ad legem falcid. secundum Baldum. Angelum, & Alexandrum in dicta. l. cum quidam. vbi etiam Iason adducit aliam limitationem, quæ secundum eum fuit Ioan. Fab. in. §. non solum. instituta, de pupill. substitu. quando filius fuit exhæredatus bona mente, & ad prouisionem filii, vt tunc possit legari etiam ab eius substituto in relictis sibi quod Ioan. Fab. non dicit, sed Ange. de Are. hoc infert attenta ratione. d. l. cũ quidam, quæ fuit in exhæredatis odinm. & licèt Iason. ibi dubitet de hoc dicto ex eo, quia ratio iniuriæ exhæredationis non videtur bona ratio, nam cum filius exhæredatus sit ille: qui immediate patitur iniuriam exhæredationis, ipse est à quo non deberet possè legari attenta iniuria exhęredationis, non ab eius substituto, qui nulla in iniria afficitur. tamen dictum Ange. videtur sustentabile, ex quo. l. ista partitarum approbare videtur dictam rationem, vt dicam in glossa sequenti.

d ¶ *Abonda al padre.* In istis verbis, quæ hic ponuntur, videtur approbari illa ratio, q̃ dispositio. d. l. cũ quidam. & d. §. qui filios. & qui fundum. ff. ad. l. falcid. sit in odium exhæredantis: quæ fuit opinio Azo. quam ibi ponit glo. quæ secundum Alex. ibi est magis cõis. Et certe ratio ista applicata ad casum hui⁹. l. in qua nihil ex primitur de lega to facto filio exhæredato, satis concludit, q̃ verò legatũ est relictum non solũ non cõcludit, imo auget difficultatẽ, quia si hoc est in odiũ exhæredantis, à fortiori nõ deberet valere fideicõmissum ab ipso ex hęredato, quã si fieret ab eius substituto, vt dixi in glo. precedenti.

¶ *Lex. IIII.*

30 Possum meum hęredẽ vel legatariũ grauare vt heredi suo quid dare vel facere mandet, sed si dico, mãdo quòd si talis fuerit hęres mei hæredis det tali tantum non valet, quia non iudicio meo est hęres, & quia quem non honoro, onerare non queo. h. d.

e ¶ *O de tal cosa.* Et dato quòd ipse hæres rogatus à testatore nõ roget hæredem suum, vt det vel faciat, debetur fideicommissum, vt ista. l. vult & etiam. ff. de legatis tertio. l. si fuerit. §. si quis. & ibi not. Bald. & facit ad quæstionem. vt si condens maioratum grauet successorem, vt etiam ipse talem rem, vel quantitatem ponat in maioratu, quòd licèt ipse successor non ponat haberi debeat pro apposita: ex quo eius, vt ponat. quod videtur intelligendum, iuxta ea quæ dixi suprà in. l. proxima. in glo. super verbo, fasta aquella quantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vale. E es tenudo de la cumplir aquel que heredare los bienes del heredero del testador. Mas si en el establescimiento del heredero dixesse el testador: mando que fulano sea mi heredero. E si acaeciesse que fulano, no brandolo lenadamente heredare los bienes deste mi heredero quando muriere, mando que de tal cosa, o tantos marauedis a tal ome dezimos que tal mãda non vale[a], nin es tenudo aquel aquien nombro de la pagar. E esto es porque este atal, non es heredero del otro por juyzio del testador mas por auentura[b], e porende aquel nó es obligado de pagar tal manda. Ca ningund ome non puede obligar a otro, q̃ de alguna cosa por el, si non le ouiere el dado a algo[c] de lo suyo.

¶ *Ley. V. Porque razon el heredero non es tenudo de pagar las mandas, que el Señor de la herencia ouiere dexadas.*

DIximos[d], é las leyes ante desta q̃ todo heredero es tenudo de cũplir las mãdas, de aql cuyos bienes hereda, quier los herede por razõ de testamẽto, o sin testamento. Pero casos y a, é q̃ nó seria assi. E esto seria como si algund ome q̃ nó fiziesse testamento dixesse assi ante testigos: a fulano[e], que es mi pariente mas propinco, q̃ ha derecho de heredar lo mio, mando le q̃ de tantos marauedis, a tal ome. ca si este atal, nó q̃ lle fer heredero, de los bienes de aql q̃ le esto mãdaua, e lo ẽtrasse otro q̃ fuese mas cercano pariẽte despues de l[f], nó seria obligado este postrimero heredero de pagar tales mãdas: como quier q̃ lo fuera el primero, aquiẽ el auia nõbrado si ouiere recebido la heredad. Mas si este[g] q̃ tomo la herencia del muerto, era en egual grado de parẽtesco q̃ el otro q̃ la de fecha: este õce dezimos, q̃ es tenudo [h] de cũplir la mãda sobredicha, tãbien como lo fuera el otro si ouiesse tomado la heredad el heredero.

Otrosi dezimos, que si el señor franqueasse por su siervo, e non le diesse ninguna cosa de sus bienes, que por razon del aforramiento [h], non lo puede l agraviar mandando le que de alguna cosa a otro en razon de manda. E aun dezimos, que si algund omerogasse a otro, q̃ aforrasse su siervo dexando le en su testamento alguna cosa de lo suyo, porque lo fiziesse, si despues desto recibiesse el señor del siervo, aquello que le auia mandado, maguer el siervo valiesse mucho mas que aquello que auia recebido tenudo es de aforrarlo [i]: porque semeja [k], q̃ pues que lo recibio q̃ se tuuo por pagado dello. Pero si tal siervo fuesse ageno [l], e valiesse mas que aquello que le dieron, de guisa que el señor non lo quisiesse dar por tanto: estonce aquel a quiẽ rogaron que lo aforrasse, nó es tenudo de dar por el: mas de aquello q̃ recibio. E si por este precio non lo puede auer deue lo guardar e trabajarse [m] todavia, de lo auer por aql precio, si pudiere: ca tales cosas son q̃ nó puede ome acabar en vn dia q̃ las acaba en otro. Mas si algũ testador dexasse marauedis ciertos ẽ su testamẽto a algund ome, e mandasse a aquel aquiẽ los dexo, que diesse a otro mas de aquello que el le auia dexado, dezimos q̃ este atal nõ es tenudo de pagar ninguna cosa, de mas de aquella quantia que recibio, maguer ouiesse recebido [n] aquello que el testador le mando.

¶ *Ley. VII. Como el heredero deue caber el ruego del testador, mandandole dar a otro fasta en aquella quantia que recibio del.*

On puede ningun testador fazer mãda en ninguna manera, que por el derecho de las leyes deste nuestro libro, non deua ser judgada. E porende, maguer el defendiere señaladamẽte, que ninguna ley, ni ningun derecho non pudiesse cõtrastar, nin embargar la manda que faze: con todo esso si la fiziere contra derecho [d], o como non deuia, o si fuere fecha en otra manera que non deue valer segund derecho, non le deuen guardar su mandado. Ca assi lo mandan las leyes deste libro, que fablan en razon de las mandas, e de las otras cosas que dexan los finados. E esto es porque las leyes deste libro fablan en razon de todos los testamentos, e de todas las mandas, e de todas las otras cosas que dexan los finados, que son fechas segund derecho, e segund costumbre de la tierra. E por esto dezimos, que todo testador que quisiere fazer manda, o otra cosa qualquier, que la faga segund lo mandan las leyes deste libro, e segund costumbre de la tierra, e segund derecho. Ca si la fiziere en otra manera, non le deuen guardar su mandado, nin su postura, nin su voluntad.

a ¶ *Puramente.* Sequitur dicta Azo. C. eod. in summa. in fin. col. 6. ver. relinquitur legarum pure.

b ¶ *Quando fuere de edad de catorze años.* Concordat cum. l. si cui legatur. ff. de legatis. 1. §. hoc autem legatum. & l. si Titio. ff. quando dies legatus ced. & adde quòd idem esset, si apponeretur tempus certæ ætatis, cuiusdam tertij. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. quod limita nisi apponeretur tale tempus ad extinguendum legatum, vt si dixerim lego Titio centum annua, quousque Titius erit ætatis. 14. annorũ: nam tale legatum non est conditionale, neq; extinguitur Titio ante dictũ tempus decedente, vt est rex. qui non est alibi, secundum Bald. ibi. in 1. ambiguitatem. C. de vsufruct. Sed quid si legetur in tempus certæ ætatis grauatiꝰ Barto. in. d. §. hoc autem tenet quod non sit conditionale, & quòd non pereat legatum, quanuis grauatus non perueniat ad talem ætatem per. l. liberis quos. §. ab hæredibus. ff. de alimen. & cibar. lega. & cum Bartol. transeunt Angel. Bald. & Paul. de Castr. in lebar. Paduana. ibi & Ludouic. Roma. in. l. in illa. ff. de verborũ obliga. Dynus verò, Rapha. & Ioan. de Imo. ibidem & Cynus & Bald. in. l. ex his. C. quando dies lega. ced. & Paul. de Castr. in lectura Bononien. & Salycet. in. l. vnica. §. finautem aliquid. C. de cadu. tolend. tenet contrarium per text. in dict. §. hoc autem. & respondent ad. d. §. ab hæredibus diuerlimodè, prout videbis late per Alex. in. d. §. hoc autem. qui dicit istam vltimam opinionem esse veriorem per pluraiura, quibus Bar. ibi nititur respondere: sed secundum Alexand. tales responsiones sunt cum maxima violentia, ibiq; Alexan. allegat alia iura contra opinionem Barto. vt poteris ibi videre, & signanter alleg. l. si quis à filio. in princip. ff. de lega. 1. cum glo. ibi quæ satis probat opinionem aliorum, contra Bart. Quid autem si dies non fuit præfixus substantiæ legati: sed eius præstationi, vel executioni? vide. l. ex his. C. quando dies lega. ced. & per Barto. in. d. §. hoc autem. & ibi etiam per Alex. adde etiam tex. notabilem. in. l. codicillis. in princi. & ibi Bart. ff. de an. lega. quod in dubio præsumitur, quod testator habuit respectũ, ad tẽpus simplex: & nõ se retinuisse adtẽpus certæ ætatis legatarij, vt videbis in casu. d. l. codicillis. quæ est. l. singularis secũdum Paul. & Alex. in. d. §. hoc autem.

c ¶ *A la libertad.* Adde. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. & l. fideicommissaria. ff. de fideicommiss. libert. in. §. etiã. & idem potest dici in legato ad pias causas: cũ valeat argumentum de libertate ad pias causas. Bart. in l. proximè. ad fin. ff. de his q̃ in testa. delen.

d ¶ *Contra derecho.* Not. hic bona verba Angel. in. l. nemo potest. ad finẽ. ff. de lega. 1. de qua lex ista sumpta est q̃ legibus prohibitiuis non derogatur per testantem, neq; etiam per contrahentes. l. cum lex. ff. de fideiusso. similiter legibus rescriptis ordinationem testamenti & eius substantiam non derogatur: quia sine illis non potest esse testamentum. l. 2. ff. de testa. similiter neque derogatur legibus concernentibus duration em obligationis personalis, quæ contrahitur ad legata, vel fideicommissa: siue voluerit testator derogare per adiectionẽ temporis, siue loci, siue per adiectionem cõditionis, legibus autem aliquid introducentibus merẽ in fauorem testantis, renuntiari potest. l. secunda. C. vt in possess. lega. vnde etiam dixit Bald. in. l. 1. in fine. 4. colum. C. de his quæ pœnæ nomi. quod quando lex disponit ad executionẽ voluntatis, potest testator illud remittere: si vero ad necessitatem fauoris hæredis, & non potest remittere: cum tamen ipse hæres posset expresse & tacitè, vt nota. in. l. 2. ff. de vsufruct. & hinc est, quòd testator potest remittere tacitam hypothecam, quæ oritur pro legatis. glo. singularis in. l. 2. C. vt in possess. lega. & illam sequuntur magis communiter docto. ibi & in dicta. l. nemo potest prout attestatur Alexan. ibi. col. 4. & per illam glo. dicit Bal. ibi quod testator potest remittere, ne dominium transeat in legatarium sine possessione. vide etiam ibi per Bald. nunquid testator possit facere, quod legatario currat præscriptio annalis, quæ de iure communi est perpetua, vel quod legatario non currat minor præscriptio centum annorum? de quo etiam vide per Bart. & Alexan. in. d. l. nemo potest. & ex prædictis etiam deducitur, quod potest testator dare legatario licentiam capiendi rem promissam autoritate cõtra. l. non dubium. C. de lega. vide per Bar. in. d. l. nemo potest. vbi etiam Alex. coiũ. 3. & si testator solum dicat, vim fieri veto legatarijs meis, videtur eis dare licentiam capiendi propria autoritate. Bal. in. l. 1. in lectu. antiqua. C. communia de lega. per textum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

gularem, secundum Iacobum.de Are.in lege.permisceri. ff.de acquirēda possessione.facit etiam textus.& ibi not.Ange.in lege. hoc si res.ff. de rei vendicatione.& an posit remittere confectionem inuentarij? vide ibidem Bartolum.quod sic in dicta lege.nemo potest.vbi Alexan. columna quarta.tradit etiam de inuentario hæredis, quatenus tangit præiudicium legatariorum.

Quid autem, si testator prohibuit hæredem alibi conueniri pro legatis, quam in certo loco, si hæres dolo, vel mora intercueniente non venit ad locum illum, die quōd tunc poterit alibi conueniri.l.bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. & ibi Bartolus, Baldus,& Fulgo.poterit etiam testator præfigere tempus in testamento hæredi ad adeundum hæreditatem, vt post illud tempus mero iure excludatur, secundum Angelum in lege. si quis hæres ita scriptus.ff. de acquirenda hæreditate.per illum textum.& per nota.per glos. in lege.cretionum. C.de iure deliberandi.vbi etiam Paul. respondet ad dictam.l.nemo potest.& sequitur Alexand. in dicta lege. nemo potest. in fin.adde etiam quod neque possunt facere contrahentes, quod legum dispositio non habeat locum in actibus eorum.l.fin. ff.de stipula.seruo.& not.Bald.in capitu.primo.§.& quia videmus.colum.sexta. de his qui feu.dare pos.

a *O como non deuiere.* An autem si prohibeat leges non obstare suo testamento, operetur talis prohibitio, effectum clausulæ codicillaris? vide glo.& docto.quod sic in.d.l.nemo potest.

b *Non valdra.* Quia excepto principe omnis homo est sub lege. l.digna vox.C.de legibus.& ideo clausula non obstante, soli principi conuenit, non alij: vt hic,& in dicta lege. nemo potest. vbi hoc nota. Angelus in lege.ius publicum.ff.de pactis.lege secunda. ff. de testament. lege.codicillis.§ fina.ff.de legatis secundo. vbi glos. prima vocat istum testatorem volentem contra leges disponere: hinc euenit, quod volentes condere maioriam in vnum ex filijs,vel nepotibus: cum ipsi non possint filijs imponere grauamen in legitima, vel eam diminuere.l.quoniam in prioribus.lege.quoniam nouella. C.de inofficioso testamento.l.17.titul.primo.supra eadem partita.etiam respectu bonorum quæ essent extra regnum licet ibi esset latior facultas disponendi ex his quæ notat Barto.per textum.ibi in lege.ex castrensi. ff.de castrens.pecul. adeunt principem, vt super hoc rescribat: cum clausula non obstante, qui istius emanasse videtur, post editionem istarum.ll. partitarum.quod patet quia in istis legibus in titul.decimooctauo. tertiæ partitæ. nulla fit mentio formulæ talis licentiæ, & talem formulam consulit latè ordinandam Roderic. Suarez in repetitione. l. quoniam in prioribus.in secunda limitatione illius legis. folio sexagesimo quinto.columna quarta.totius repetitionis,vbi ipse illam ordinat sub dens, quod si alias sub nube & implicitè aliquis impetraret à principe liberam testamenti factionem, non specificè ad supta dicta contenta in eius formula, neque cum derogatione dictarum.ll.non posset vigore talis facultatis facere maioriam in præiudicium filiorum, & ibidem parum antea.folio sexagesimo quarto. columna secunda. versiculo. ex ante dictis. damnat illam formulam consuetam, quatenus dicit,do os licencia y facultad,para que de todos vuestros bienes,o de qualquier parte dellos podays hazer y hagays mayorazgo en vno de vuestros hijos qual quisieredes y por bien touieredes.& c. Quatenus enim dicit, de omnibus bonis: asserit talem licentiam esse valde iniustam, & conscientiæ concedentis onerosam: cum per eam expresè tollatur legitima aliis filijs, quod apertè est contra ius naturale, vt ipse in eadem limitatione ante hoc latè deduxit,& ibi allegat notanter Bald. in lege fina. columna secunda.C.de fructi.& liti.expen.quōd princeps potest alicui concedere potestatem testandi diminutalegitima, & quod priuilegium concessum ad minuendum legitimam, non est iniquum: sed ad tollendum in totum sic: cum legitima sit de iure naturali, loco alimentorum:non tamen eius meta:sed de arbitrio legislatoris, ibique. columna tertia. dicit, quod pater,qui vigore talis facultatis, faceret maioriam in vnum ex filijs, priuando alios bonis suis, sine iusta causa. de qua in.§. causas.in authentica. vt cum. de appellatio. cognosc. peccaret,neque esset tutus in foro conscientiæ: neque excusaretur prætextu talis facultatis, allegat glossl.in capitulo.non est.de vot. & alia, quæ ibi videre poteris:tandem concludit colum.quarta.dictam clausulam esse iuiustissimam, consulitque ab ea abstinendum, & idem ego consulerem,si in tali facultate non contineretur illud quod communiter solet etiam apponi. scilicet, quod ita hoc fiat, vt reseruentur alimenta alijs filijs, licet non sit tanta portio, quanta alias sibi iuxta.ll.regni competeret: hac tamen clausula appolita, vt semper apponitur non bene percipio, quid scrupuli esse possit: ex ea nanque euidenter constat principem nolle in totum tollere legitimam:sed diminuere,prout etiam dixi in lege. vndecima. titulo quarto.supra eadem partit. in glossl. prima. vbi vide. ¶Sed an vigore huius facultatis possit diminuere legitimam filij qui esset clericus in minoribus tempore datæ licentiæ? videtur quod non ex his quæ tradit Baldus in capitul.cum venissent.columna secunda. versicul. oppono

E deue ser reuocada,e judgada por las

dicitur hic de eo qui mittit in posse. causa rei seruandi, vt de quæ habentur in capitul.ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. & quæ dixi in lege quarta.titul.decimo quinto.quarta partita.superglossam.in parte, en cuyo señorio Et cogita in hoc nam ex hoc subuerterentur multæ facultates ad maioriam,seu ipse maioriæ: si tamen post datam facultatis regiæ fieret clericus vide capitu.si eo tempore. de rescript. libro sexto.& quod notat Bartolus in lege.vsusfructus.in fine.ff.de stipul.ser. ¶Sed quid si aliquis sine licētia principis fecit maioriam de bonis suis, & etiam de aliquibus bonis filiorum, seu quæ aliquo modo ad filios spectabant qui filij ne de facto sibi præiudicaretur impetrauerunt a principe reuocationem istius maioriæ respectu bonorum filiorum, an ex hoc videatur princeps approbare maioriam respectu bonorum patris:cum sciens princeps sine eius licentia factam maioriam revocauit tantum quoad bona filiorum.videtur quod sic ex dictis Bartol.& Pauli de Castro.in lege.legata inutiliter. ff. de legatis primo. vide ibi Paul.de Castr.ver.& inducitur per Dynum. ¶Aduerte etiam, quod ipse rex de bonis patrimonialibus extra regnum potest cum non recognoscat superiorem facere maioriam inter filios.l. Cæsar. ff. de public.& vectiga.l.donationes quas.C. de donationibus inter virū & vxorem.Baldus in.§.item sacramenta.de pace iura.firm.quarta columna.versiculo secundo.vttum rex.bonus textus in capit. si Romanorum.in principio.19.distinctio.l.omnium.C.de testamen. ¶Et an habens facultatem ad faciendum maioriam de certis bonis ex auctoritate regia possit vigore legis regni facere maioriam in tertia bonorum de alijs bonis?videbatur, quod sic per textum.& quod ibi notat Bald. in lege.fin.C.de repu.hæred. quod priuilegium non confunditur cum iure communi, in contrarium tamen facit, quod non est verisimile principem voluisse grauare filios duplici onere.l.nauis onustæ.§. primo.ff.ad leg.Rhod.de iactu.cap.mandatum.de rescrip. ¶Et an teneat maioria facta cum facultate primogeniti filij regis patre viuente firma ioria fiat post quam primogenitus successit in regno. vide quæ notat Bartol.in.l.cum vir.ff.de vsucapio. & in.l.hæreditatem. ff. de castrens. pecu. ¶Et quid si detur facultas ad faciendum maioriam in vnum ex posteris suis, an videatur, data vt possit etiam in descendentes ex femina?text. facit quod non in.l.prima.ff.de iure immu. vide ibi per doctores. ¶Quid si rex dedit licentiam faciēdi maioriam in secundum filium sub conditione si filius maior consenserit,& ante consensum filij maioris moritur rex,postea consensit filius maior & fit maioria in secundum an tenebit?die quod sic quia non apponitur conditio confessioni,sed executioni actus.l.prima.in fine.ff. quod quisque iur. vide Bald.in capi. primo.in princi.colum.a.hic finitur lex. Iaso.in. l. si quis neque causam.ff.si certum petatur. ¶Aduerte etiam, quod videtur quod vt plenior sit facultas oportet quod in ea fiat mentio etiam de alijs filijs posthumis nascituris: quia licentia filios grauandi in legitima non extenditur alias ad posthumos ex notatis per Barto. in.l. Titius.ff.de liberis & posthum.in fine. princip.reprobando glossl. ibi & videtur tex.in.l.ex facto.in princip.ibi nam verisimile est. ff. de vulg. & pupil. ¶An autem virtute talis facultatis, quod possit facere maioriam in vnum ex filijs,quem vellet,possit illam facere in filium spurium:& certè stantibus legitimis,crederem quod non per tex.nota.in capit.dicat aliquis.32.quæst.quarta.& quia princeps intellexisse videtur de filio legitimo & naturali.l.filium distinimus. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.fina.ff.de iure deliberan. & ibi Paul. de Castr. & in authen.vt liceat matr.& auiæ.§.ad hoc.& per Fabr.in.§. fina. Institu. de adoptio. Quid autem, si princeps ex certa scientia & de plenitudine potestatis,dedit licentiam faciendi maioriam,in quendam filium spurium,vel naturalem,non obstantibus filijs legitimis,quibus princeps tantum voluit relinqui alimenta,an tenebit talis constitutio maioriæ permaximè si princeps potuit moueri ad id concedendum propter strenuitatem,& bonitatem talis filij bastardi?& videtur quod non teneat,neque princeps hoc posset:quia neque legitimatio filiorum spuriorum,neque naturalium potest fieri,ex rescripto principis legitimis & naturalibus stantibus,vt in authen.quibus mod.natura effician. legiti.§.fi quis ergo non habens.& dicebat Bald.in capitu. primo.§.filij nati.si de feud.fue.contro.inter domin. & agna. quod imperator qui legitimat spurios existentibus filijs legitimis,vt cum eis æqualiter succedant,videtur quoddam pecus non habens præ oculis iustitiam publicæ honestatis,neq; cōsiderans,quod per solas nuptias cōsequat claritatem.in fine.& hoc planè procedit,quando licentia data fuit, vt possit maioria fieri in vnum filium:quia quod fiat in plures,maior fauor est filiorum,& mens concedentis non repugnat:quando verò licentia data fuit,vt possit facere in duos vel plures filios:tunc non videtur, quod possit tantum fieri in vnum:quia hoc esset in damnum alterius filij, cui etiam princeps voluit prouidere, vnde non videtur tunc posse à forma licentiæ recedi per supradicta.& non obstat, quod habetur in dicto.§.itaque.&. §. sed & si fundum.quia ibi non repugnabat mens testatoris,quæ fuit,vt bona remaneant in familia,quæ etiam illo modo conseruatur.& bene facit,ad hoc quod per illum textum not. Barto.in lege prima.ff.de opt.lega.vbi dicit, quod si testator iubet distribui bona sua inter pauperes,eligendos per talem,quod ille non poterit eligere vnum tantum, & ei dare omnia. allegat etiam.l. tertiam.ff. de ann.lega.Ioannes de Imol.tamen in hoc de vno tantum paupere, an possit eligi?vult in dicto.§.si duos.inspiciendas esse aliquas coniecturas,vt ex eis conster de mente testatoris, vide ibi per eum. Et ex prædictis patet respon.ad dictam legem.qui soluendo:quia ibi tractatur de præiudicio creditorum, quod in quæstione prædicta an possint fieri duæ maioriæ,cessat.

¶Et an virtute facultatis faciendi maioriam in vnum ex filijs possit facere filio qui est in potestate per viam donationis? videtur quod sic ex.l.decima septima.in ordinamen. Tauri.& ex dicto Bald.in authen. si quas ruinas.ver.iuxta hoc quæro vtrum.C.de sacrosanctis ecclesijs. Paulus in lege.si quando.in principio.ff.de legatis primo. & an possit fieri in post humum vide.l.antepenult.ff.de legatis primo.quod sic,& an in filium extantem apud hostes.vi.l.illa.§.primo. ff.de hæredibus instituendis.& textus cum glossl.in lege.hæredis. ff.quando dies legatus cedit.

¶Sed pone, quod rex concessit priuilegium faciendi maioriam, in vnum ex filijs:cùm pater plures filios haberet,an poterit facere maioriam in nepotem ex vno ex filijs? est aduertendum ad decisionem huius quæstionis, quod appellatione filij non comprehenditur nepos, quando agitur de præiudicio alterius,ita quod est merum priuilegiū: secus si esset beneficium,secundum Bartolum in lege.libertorum. columna tertia.ff.de verborum significatio.textus & ibi Baldus in.l.sed & milites.in principio.ff.de excusatio.tuto.Bal.in.§.quia videmus. de his qui feud.dare poss.vnde videtur, quod non possit fieri maioria in nepotem extantibus alijs filijs. ipsis tamen deficientibus, si euenerit casus, quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum ille comprehenderetur sub licentia,quatenus tamen tangeret in præiudicium legitimæ,necessarius esset consensus talis nepotis,iuridicè præstitus iuxta id quod habetur in lege. si quando. §. & generaliter.C.de inofficioso testamen.& licet tali casu fine licentia principis, fieri poterat maioria:adhuc tamen multum esset regis licentia profecua, vt vincula, & submissiones, & restitutiones extendantur vltra quartam generationem,iuxta ea quæ habentur in authentica.de restitu. fideicommiss. &ad alia veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis,translationem dominij:si tamen nepos esset bastardus seu naturalis,tunc non comprehenderetur:cum vt superius dixi,princeps videatur intellexisse de filio legitimo,& naturali: vnde in dubio non comprehenderetur,nisi aliud constaret de voluntate regis, & quod superius dixi.quod stantibus alijs filijs,nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerē nisi patet talis nepotis iam decessisse: quia cum tunc intret in locum patris,videtur quod in eo possit vigore facultatis constituī maioria.ad quod facit bene doctri.Bartol. in dicta.l.libertorum.columna quarta. quod statutum, quod extantibus filijs fœmina non succedat, procedet stante nepote masculo, patre mortuo: & procederet hoc & si in licentia regia contineatur, quod possit facere maioriam in filium ex se natum:nam mortuo patre nepotis comprehendetur nepos,ex notatis per Bartolum in dicta lege. libertorum.ad finem. quinta colum.& intellige in xta prædicta, quando nepos existentibus alijs filijs,intraret locum patris, vel si esset solus,fieret de eius assensu quatenus tangit sibi præiudicium in legitima,per ea quæ dixi.& Barto.tradit in dicta lege. liberorum. columna tertia. & glossl.in lege.filij.ff.eodem.de verborum significatio.Imò & forte posset dici quod dato quod vineret pater talis nepotis si maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquitur nepoti filio eius.pro quo videtur bonus casus qui loquitur in fortioribus terminis in lege secunda.cum principio.& §.primo.legis sequentis.ff.de assign.liber.& facit lex. dedit dotem.ff.de collatio.bono.& ibi Bartolus, & ll.quæ disponunt quod aliquid relinqui patri, sufficit si relinquatur eius filijs in potestate. l. tertia.ff.de legat.præs.& tuenda est dispositio patris, vt saluetur meliori modo quo possit.l.penultima.ff.de testamen.milita. & confert ad hoc.l.18.in ordina.Tauri.& facit bonus textus in.l.secunda.§. si mater.verficu.& quid si nepotibus.ff.ad Tertullianum.quitext.etiam in materia pœnali loquitur crederem tamen idem esse verius quod stan-

gere talis simplicis facultatis poterit ponere aliquas conditiones,contra ius.vt patet ex prædictis.

¶Sed an ille,qui habet licentiam regiam ad maioriam faciendam in filium,si non haberet filios legitimos possit illam facere in filium spurium,tenigi supra & crederem quod non:quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax. vt in dicta lege. Lucius. §. Lucius Titius damam.& quæ notat Baldus in lege.eam quam. C. de fideicommiss.& facit bene quod not.Paul.de Castr.in lege. Lucius. §. in testamento.ff.de legatis primo.in quæstione illa de testatore, qui instituit vxorem,& grauauit,vt post mortem suam restitueret, vel distribueret bona inter pauperes,quos sibi placuerit vni, vel pluribus. & dicit Paul.quod in tali generali grauamine, non includitur persona incapax.argumento dictæ legis Lucius.§.Lucius Titius damam.allegat etiam Speculato.titu.de instrumen.editio.§.nunc vero aliqua.in additio.incipien.continuatur etiam hic alia quæstio. & idem voleit Bart. in.l.fina.ff.de his quibus vt indign.in eadem quæstione.licet Paul. ibi referat Barto.in contrarium.

¶Talis etiam licentia non prodesset,quantumcunque latissima esset data potestas,si ille cui datur,esset incapax factionis testamenti,vel disponendi alias de suis bonis,vt est text.cum glossl.in.l.verbis. ff.de verborum significatio,facit.§.in extraneis.Institu.de hæred.qualita. & differ.& etiam dicta lex.si quando.in principio.adde pro hoc bonum textum in capitu.si gratiose.in fin.de rescript.libro sexto.& capit. dudum.el segundo.de electio.& sic in hoc magis vincit,seu operatur impotentia,quam priuilegium.tex.& ibi Baldus.l. Titius.§.Romæ. ff.de excusatio. tuto. quia secundum Philosophum actus actuosum sunt in patiēti bene disposito.capitu.venerabilem.de electio.quod intellige,nisi princeps sciens illum incapacem ea incapacitate,super qua princeps dispensare posset de disset ei hāc facultatem: quia videretur cum eo dispensare.l.decimanona. in ordinamen. Tauri. vbi habetur, quod licet ex lege fori permissum fuerit meliorare in tertio vnum ex filijs,poterit pater si voluerit meliorare plures,cuius opinionis fuit doctor de Segura.in repetitione dict.§.sed & si fundum.folio octauo.columna secunda.versiculo sexto.& folio decimoquarto. columna prima.in fine.& hoc planè procedit,quando licentia data fuit, vt possit maioria fieri in vnum filium:quia quod fiat in plures,maior fauor est filiorum,& mens concedentis non repugnat:quando verò licentia data fuit,vt possit facere in duos vel plures filios:tunc non videtur, quod possit tantum fieri in vnum:quia hoc esset in damnum alterius filij, cui etiam princeps voluit prouidere, vnde non videtur tunc posse à forma licentiæ recedi per supradicta.& non obstat, quod habetur in dicto.§.itaque.&. §. sed & si fundum.quia ibi non repugnabat mens testatoris,quæ fuit,vt bona remaneant in familia,quæ etiam illo modo conseruatur.& bene facit,ad hoc quod per illum textum not. Barto.in lege prima.ff.de opt.lega.vbi dicit, quod si testator iubet distribui bona sua inter pauperes,eligendos per talem,quod ille non poterit eligere vnum tantum, & ei dare omnia. allegat etiam.l. tertiam.ff. de ann.lega.Ioannes de Imol.tamen in hoc de vno tantum paupere, an possit eligi?vult in dicto.§.si duos.inspiciendas esse aliquas coniecturas,vt ex eis conster de mente testatoris, vide ibi per eum. Et ex prædictis patet respon.ad dictam legem.qui soluendo:quia ibi tractatur de præiudicio creditorum, quod in quæstione prædicta an possint fieri duæ maioriæ,cessat.

¶Et an virtute facultatis faciendi maioriam in vnum ex filijs possit facere filio qui est in potestate per viam donationis? videtur quod sic ex.l.decima septima.in ordinamen. Tauri.& ex dicto Bald.in authen. si quas ruinas.ver.iuxta hoc quæro vtrum.C.de sacrosanctis ecclesijs. Paulus in lege.si quando.in principio.ff.de legatis primo. & an possit fieri in post humum vide.l.antepenult.ff.de legatis primo.quod sic,& an in filium extantem apud hostes.vi.l.illa.§.primo. ff.de hæredibus instituendis.& textus cum glossl.in lege.hæredis. ff.quando dies legatus cedit.

¶Sed pone, quod rex concessit priuilegium faciendi maioriam, in vnum ex filijs:cùm pater plures filios haberet,an poterit facere maioriam in nepotem ex vno ex filijs? est aduertendum ad decisionem huius quæstionis, quod appellatione filij non comprehenditur nepos, quando agitur de præiudicio alterius,ita quod est merum priuilegiū: secus si esset beneficium,secundum Bartolum in lege.libertorum. columna tertia.ff.de verborum significatio.textus & ibi Baldus in.l.sed & milites.in principio.ff.de excusatio.tuto.Bal.in.§.quia videmus. de his qui feud.dare poss.vnde videtur, quod non possit fieri maioria in nepotem extantibus alijs filijs. ipsis tamen deficientibus, si euenerit casus, quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum ille comprehenderetur sub licentia,quatenus tamen tangeret in præiudicium legitimæ,necessarius esset consensus talis nepotis,iuridicè præstitus iuxta id quod habetur in lege. si quando. §. & generaliter.C.de inofficioso testamen.& licet tali casu fine licentia principis, fieri poterat maioria:adhuc tamen multum esset regis licentia profecua, vt vincula, & submissiones, & restitutiones extendantur vltra quartam generationem,iuxta ea quæ habentur in authentica.de restitu. fideicommiss. &ad alia veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis,translationem dominij:si tamen nepos esset bastardus seu naturalis,tunc non comprehenderetur:cum vt superius dixi,princeps videatur intellexisse de filio legitimo,& naturali: vnde in dubio non comprehenderetur,nisi aliud constaret de voluntate regis, & quod superius dixi.quod stantibus alijs filijs,nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerē nisi patet talis nepotis iam decessisse: quia cum tunc intret in locum patris,videtur quod in eo possit vigore facultatis constituī maioria.ad quod facit bene doctri.Bartol. in dicta.l.libertorum.columna quarta. quod statutum, quod extantibus filijs fœmina non succedat, procedet stante nepote masculo, patre mortuo: & procederet hoc & si in licentia regia contineatur, quod possit facere maioriam in filium ex se natum:nam mortuo patre nepotis comprehendetur nepos,ex notatis per Bartolum in dicta lege. libertorum.ad finem. quinta colum.& intellige in xta prædicta, quando nepos existentibus alijs filijs,intraret locum patris, vel si esset solus,fieret de eius assensu quatenus tangit sibi præiudicium in legitima,per ea quæ dixi.& Barto.tradit in dicta lege. liberorum. columna tertia. & glossl.in lege.filij.ff.eodem.de verborum significatio.Imò & forte posset dici quod dato quod vineret pater talis nepotis si maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquitur nepoti filio eius.pro quo videtur bonus casus qui loquitur in fortioribus terminis in lege secunda.cum principio.& §.primo.legis sequentis.ff.de assign.liber.& facit lex. dedit dotem.ff.de collatio.bono.& ibi Bartolus, & ll.quæ disponunt quod aliquid relinqui patri, sufficit si relinquatur eius filijs in potestate. l. tertia.ff.de legat.præs.& tuenda est dispositio patris, vt saluetur meliori modo quo possit.l.penultima.ff.de testamen.milita. & confert ad hoc.l.18.in ordina.Tauri.& facit bonus textus in.l.secunda.§. si mater.verficu.& quid si nepotibus.ff.ad Tertullianum.quitext.etiam in materia pœnali loquitur crederem tamen idem esse verius quod stan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te filio non posset facere in nepotem vide Alexand.in.l. hæredes mei. §.peto.ff.ad Trebellianum.& quòd non acquiratur patri videtur casus in.l.sed si mortis.§.hoc autem.ff.de lega.præs.& ibi Barto. nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri vt est text.ibi in.§. sequen.& Barto.in dicto.§.hoc autem.& vide Socin. consilio ducentesimoquadragesimoprimo.columna decima.volumine secundo.& ad de ad prædicta Barto.quod non posit fieri in nepotem filio stante in l.Gallus.§.etiam si parente.ff.de libe.& posthu. & Ioan. de Pla. in.l.t. C.de priui.eo.qui in sacro pala.mili.lib.12.

¶Quid tamen si vigore regiæ licentiæ datæ in forma solita, pater inter viuos, seu per viam vltimæ voluntatis, constituit maioriam in vnū filium, post cuius mortem vocauit nepotem eius filium, & filius in vita patris decessit, nondum habita maioria, an tenebit constitutio in personā nepotis? Christopho.de Mieff.vir præclari ingenij & satis mihi venerandus, qui obijt sub religione Seraphici Francisci, qui compo suit tractatum intitulatum, triumphus Christi, contra infideles: in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia maioriæ, quas in discursu sui studij collegit succinctè & non pleno calamo: sed indigestè sperans dante Deo plenius tradere, in quæstione ista inclinauit, quod non teneret maioria in personam nepotis, nihil allegans: nisi tantum, quod videtur noua maioria in personam nepotis, ad quem facultas se non extendebat quando nepos esset solus: & non starent alij filij iuxta ea quæ supra dixi. solum allegabat nota. per glossam in dicta lege. filij. & per Bartolum in dicta lege. liberorum. columna tertia. Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo auus constituit maioriam cum facultate in filium, cui substituit ex vigore eiusdem nepotem, licet filius decedat viuo patre, & auo nepotis, nepos venit ex maioria facta per dictam facultatem, & in persona eius non est noua maioria: sed antiqua. argumento. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legatis secundo. & quia siue dicamus substitutionem huius nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est quod obstet quin nepos succedat ex substitutiõe, licet pater eius in vita aui constitutus decesserit: licet enī institutus decedat in vita testatoris, ubi tutus nepos succedit ex vulgari, vt in lege. si pater filium. ff. de vulgari & pupillari. l. Thais. §. splendophorus. ff. de fideicommiss. liber. glos. & Bartolus in lege. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & posthumis. quod etiam procedit etiam si institutus vocetur ex vulgari contenta in compendiosa: nam & si institutus decederet vino testatore, substitutus admittitur ex vulgari: sic in compendiosa contenta, secundum Cynum in l. precibus. C. de impuber. & alijs subst. & Bartolus in lege. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. Baldus quinto volumine. consilio centesimoseptuagesimo. incipit, quidam Nicolaus. confirmatur etiam ex decisione. l. Lucius. quæ est antepenulti. in. §. filiam. ff. de legatis secundo. vbi habetur, quod relictum in defectum institutorum & substitutorum, censetur repetitum ab hæredibus, etiam venientibus ab intestato: & si non apponatur alia clausula codicillaris. facit etiam. l. hæc conditio. in pri. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filijs, quem vellet eligere & fecit in vnum ex plaribus qui viuo patre decesit sine filijs & maioria reuersa est ad patrem, an poterit eiusdem facultatis vigore eligere alium filium & in eum facere maioriam? casus videtur quod non in lege. cuius bonis. ff. de cura. furio. & quia facultas expirauit in prima electione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. quod de plano videtur procedere si primus filius acceptauit & habuit maioriam & sic actus vigore facultatis fuit perfectus: si enim non venit in filium maioria & ante eius acquisitionem mortuus esset videtur quod possit eligere alium filium. argumento cap. si compromissarius. & capitu. si electio. de electi. libro sexto. & tradit Oldrald, consilio quingentesimoseptimo. incipit, papa referua uit. & consetur quæ tradit Felinus in capitul. innouamus. de treuga & pace in limitationibus ad dictum. §. hoc sermone. Item si conditor maioriæ reuocasset illam in casu quo potest iuxta. ll. Taurinas videtur quod non possit sine noua facultate iterum illam facere per dictum. §. hoc sermone. & l. multum notabilem in lege. matrimonij. ff. qui & à quibus manu. libe. non fiant. l. cum vir. ff. de conditionibus & demonstra.

¶Quid autem si rex concesit licentiam faciendi maioriam, in talem filium, putà petrum an possit pater, eo mortuo facere maioriam, incipiendo a persona nepotis filij illius defuncti? & videtur tali casu dicendum, quod non per text. nota. in. l. si ita quis. in princip. ff. de testa. ture. in verficu. si quis filio. in glosl. paruula ibidem: cum dicit non expresso proprio nomine, vbi etiam Bartol. colligit, quod appellatio filij expresso nomine proprio, non comprehendit alium, quam filium sic specialiter nominatum. facit. l. Gallus. §. instituens. & per totam illam. l. ff. de liberis & posthumis. vbi institutio facta de filio, non extenditur ad nepotes. & facit quod not. Bartol. in dicta lege. liberorum. columna secunda. versiculo aut tractamus. vbi allegat dictum. §. instituens. adde text. cum glosl. in. l. Neratius. ff. de regulis iuris.

¶Et idem esset eadem ratione dicendum, vt concesse facultate in talem filium, quod illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

¶Sed pone, quod dedit rex facultatem faciendi maioriam in filium Titium, qui mortuus est, & postea natus fuit sibi alius filius, quem vocauit pater si nititer Titium, an poterit in illum constituere maioriam? videbatur quod sic, per textum nota. in lege. filiæ. §. à Titia. ff. de conditionib. & demonstratio. qui videtur esse casus quæstionis. Contrarium tamen credo: quia destructa re destruitur etiam privilegium: & si re ædificetur, non habebit illud priuilegiū, nisi eiusdem priuilegiantis auctoritate fiat, per notata per doct. signanter per Ioannem de Imol. in lege. inter stipulantem. §. faciam. ff. de verborum obligationibus. ad finem. sic etiam videmus, castra vetera inhabitata reparici non posse, nisi auctoritate principis, secundum Innocentium in capito. Pisanis. de restitutione spoliatorum. Bald. in. l. prima. versicul. initio. ff. de offic. præfect. vrb. facit etiam. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legatis tertio. neque obstat. d. lex filiæ. §. à Titia. quia ibi sumus in casu, qui tantum pendebat à voluntate testatoris, de cuius mente ideo præsumitur, non reuocasse legatum ancillæ Agatheæ. de qua ibi: quia aliam quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocauit eodem nomine Agatheam. in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis maioriam: sed à potestate, & licentia regis, & huius sententiæ fuit dictus Christopho. de Mie. vir doctissimus in dictis suis quæstionibus.

¶Quid autem si rex concedit licentiam faciendi maioriam, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc potestatem concedens, an per hoc solennitates iuris ciuilis, & incapacitates hæredum videntur sublatæ, vt sic tali casu possit relinquere maioriam alicui incapaci? videtur, quod sic, vt in lege prima. iuncta. l. neque. in. §. deportati. & quæ ibi Barto. ff. de testamen. milita. cogita tamen & vide quæ superius dixi. & per talem clausulam non tolluntur ea quæ sunt iuris naturalis, sed quæ sunt iuris ciuilis.

¶Quid autem si quis fecit maioriam cum licentia principis, quæ expirauit post factam maioriam, postea verò constituens cancellarius, seu incidit in instrumentum maioriæ: postmodum pœnitentia ductus, vult illam valere, an possit? & videtur quod non: quia licentia expirauit per constitutionem validam, quæ facta fuit: vnde cum pernul. §. fina. ff. de bonorum possessio. contra tabu. ibi neque putauerit quisquam nuda voluntate constituti testamentum.

¶Præterea eadem solennitas requiritur in actu reparando, quæ in faciendo. l. si vt proponis. la segunda. C. de nupt. & quod ibi not. Bald. & multa in materia cumulat Iason. in repetitio. l. quominus. ff. de flumi. in fina. quæstione de Molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur quod not. Abb. per textum ibi in capitul. per tuas. de donatio. in quarto nota. vbi not. quòd qui reintegrat, non dicitur de nouo facere: vnde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione, & dicta lex si vt proponis non videtur obstare: quia ibi erat ius patri quæsitum ex diuortio ad dotem, quam dedit filiæ: in casu verò proposito nullum ius erat quæsitum regi, ita vt ab eo noua licentia requireretur. Præterea de mente principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum actum constituendi maioriam, licet validum: sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit: sciebat enim princeps illum actum de sui natura reuocabilem vsque ad mortem. l. quadragesima quarta. in ordinamen. Tauri. vnde iuxta naturam actus videtur dedisse licentiam. argumento. l. fina. & quæ ibi notantur. C. de non numera. pecun. & etiam de constitutione maioriæ, quæ effectum haberet sensit non de reuocabili, iuxta ea quæ latè tradit Felinus in capitulo secundo. de treug. & pac. ad intellectum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. & conferunt multum in ista materia notabilia verba Bald. per textum ibi in capitu. cum accessissent. de constitu. columna quinta. numero decimoseptimo. vbi ponit hæc verba. Item not. quod vbi resurgit dignitas, resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionem iuris communis: neque est opus, quod papa de nouo confirmet statutum, super hoc edictum ex quo non intelligitur noua creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam. facit. l. deferre. §. fina. ff. de iure fisci. l. fina. ff. de mino. ibique respondet Bald. ad dictam legem. si vt proponis. & paulò inferius eodem numero dicit: oportet, quod in noua creatione interueniat autoritas summi pontificis: sed in reparatione non requiritur noua auctoritas Papæ, subditque notabilia verba. porrò non dicitur omnino extincta, quando superest aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus, vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ non

cancellatis. allegat. l. peculium. §. si opem. ff. de pecul. quod satis confert ad quæstionem istam: nam hic licentia regis non fuit inciasse sed mansit originalis & in registro, quam cum constrænens non incidisset seu incidi fecisset, non fuit actus maioriæ totaliter destructus: nam manserunt reliquiæ licentiæ (vide q̃ dixi in. l. vigesima quarta titulo primo eadem partita. & l. fina. ff. de his quæ in testa. deleu.) imo & in fortioribus terminis ego induco dictum capitulum cum accessissent: nam certum est quod noua dignitas non potest creari in ecclesia, sine licentia papæ. vt in capitulo primo vigesimasecunda distinctione. & tamen ea ratione: quia ab antiquo illa dignitas primicerlatus: de qua ibi fuit in illa ecclesia licet postea autoritate papæ illa dignitas fuisset extincta: tamen potuit solum capitulum illam reparare ex primæua licentia, licet extinctio autoritate papæ facta fuisset, quod est singulare ad istam quæstionem vt & si rex consensisset reuocationi maioriæ factæ: per constituentem tantum si cõstituens valet pœnitere & reparare maioriam, poterit ex primæua licentia.

¶Et quid si licentia regis detur Titio comiti, & sic sub nomine proprio & dignitatis: an si Titius comes illa nõ vtaf, poterit vti eius successor? decide ex his quæ dicit Baldus. in capitulo primo. §. Marchio. versiculo. Pone concessum est primilegiū. de his qui feudum dare possunt. Et facit quod notat Bald. in lege prima. §. si defunctus. ff. de rebus eorum.

¶Sed quæro de pulchra quæstione, sæpe, vt ex more videmus, rex solet concedere facultates ad vendendum, & alienandum aliquas res maioriæ, seu obligandi eas pro dote & arrhis: quod de iure videtur principem facere posse: cum ex eius priuilegio vires sumpsit maioria, iuxta nota. per Bald. in lege. qui se patris. C. vnde libe. columna antepenul. & traditur in plerisque locis, & facit ad hoc quod not. Bald. in capitu. primo. §. hoc quoque. columna secunda. versicu. accidit quæstio. de successio. feud. & quia si lex mortua introduxit res prohibitas alienari pro restitutione dotis, vel alias, vt in autenti. res quæ. C. communia de lega. idem dicendum in lege viua, quæ est princeps. An sit dare aliquem modum, vt regi tollatur potestas dandi talem facultatem, ex qua potest venire subuersio maioriæ? & videtur dicendum quod sic scilicet, quod licentia ad maioriam detur propter pecuniam, vel in remunerationem, seu solutionem alicuius seruitij, vel quia princeps sibi aliquid debebat, & principem liberauit hoc acto, vt daretur sibi talis licentia: quia cum tali casu habeatur licentia mediante contractu cum principe: erit irrevocabilis, & non poterit princeps in eius subuersionem dare prædictam facultatem vendendi, seu extrahendi aliquam rem à maioria, quod probatur ex nota. per glosl. in lege. quod semel. ff. de decre. ab ordin. facien. & l. secunda. ff. de iur. immunita. & Bartol. vtrobique. & idem Bartō. in. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Bald. in dicta lege. qui se patris. Paul. de Cast. in. l. digna vox. C. de legib.

¶Notabis tamen singulariter ad id quod dixi principē posse dare talem licentiam vendendi, vel alienandi, quod possessor maioriæ, cui data fuit talis facultas vendiderit: sed adhuc pretium non recepit vel si recepit, non consumpsit, quod eo mortuo pecunia pertinebit tantum ad successorem in maioria, vt in bonis maioriæ conuertatur, & non ad alios filios vel hæredes per text. nota. in. l. si operarum iudicio. ff. de ope. libertō. iuncta gl. ibi. sed quare in certa. Quæro præterea licet ex lege thaurina licentia debeat præcedere ad maioriam tamen si sine licentia fiat & à principe confirmetur tenet maioria. quid si aliquis fecit maioriam sine licentia, supplicauit tamen regi in suo testamento vt eam confirmaret & mortuus est ante confirmationem & hæreditate iam eius filiis delata an si princeps confirmet postea petente filio maiore tenebit maioria? videtur quod sic ex notatis per Bartō. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. columna fina. versi. quandoq; ipse filius petit se legitimari & tunc si pater hoc disposuisset in testamento &c. ff. de liberis & posthumis. & vide infra eadem glo. versicu. sed an si quis.

¶Sed pone quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in maioriam qui etiam dicit vel lego illi tales res & tales de quibus facio maioriam, si rex confirmauerit cui supplico vt confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem, item & moritur filius in quem fecit maioriam antequam princeps super hoc aliquid declararet, an transmittet ad suos descendentes primam patrem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum, quæ non egebat principis confirmatione? & videtur quod neque illam transmittat, neque eius filius potent petere confirmationem a principe alterius partis legati, scilicet rerum quas reliquit, si princeps confirmaret. & hoc per text. in lege. cum ita. an princip. ff. quando dies lega. cedit. & ibi Barto. & eodem titu. l. cum illud. neque obstat ad hoc. l. si vsusfructus. eo. tit. quia loquitur quando vnum legatum deficit ex morte ipsius, cui legatur. vnde purificatur aliud seu prima pars alternatiuę, ex quo [illegible] quod si legatum fieret isto modo, relinquo filio meo talem [illegible] maioriam, vel talem & talem si filius meus se obligauerit fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud vel si voluerit solnere: tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis, valebit prima pars legati seu alternatiue: quia purificatur primum relictum, vt habetur in. d. l. si vita testatoris in principio.

¶Item si defunctus non ita alternatiue legauerit sed per viam legati de pluribus rebus faceret maioriam in filium maiorem supplicando regi, vt eam confirmaret. & quod si princeps non confirmaret, quod faciebat maioriam de vna ex illis in tertia bonorum: tunc enim & si moriatur filius antequam princeps declaret, transmittet ad filium rem, quæ relicta est in tertia bonorum. d. si quis ita sic scripsit. ff. de hæredibus instituen. neque obstabit. l. huiusmodi. ff. quando dies legati cedit. quia in isto casu in omnem euentum res legata erat peruentura iure maioriæ: quod non est in casu. l. huiusmodi. & quia quando relinquitur iure maioriæ non solum relinquitur primo: verum omnibus descendentibus, & sic non est quid tractetur de iure transmittendi, seu de die legati cedentis. Imo cum in omnem euentum illa res debeat esse maioriæ, possit filius accipere eius possessionem statim, pro quo facit glosl. in dicta lege. huiusmodi &. l. Iulianus. ff. de condictio. indeb. l. cum quidam. ff. de acquirenda hæredita. l. antiqui. ff. si pars hære. pe. l. si pater. ff. de solu. l. si duobus. §. fin. & lege. qui filiabus. §. primo. ff. de legatis. i.

¶Nota etiam in materia ista quod facultas principis data ad faciendum maioriam per viam testamenti, vel durationis inter viuos, vel vti vellet, intelligi debet dummodo ille cui datur sit capax factionis. in. ff. de hæred. qualita. & disse. facit. l. si quando. C. de inoffic. testamen.

¶Item nota, quod si quis fecit maioriam, & misit ad regem, vt confirmaret, & tempore confirmationis, qui maioriam fecit sit furiosus, quod non tenebit confirmatio. l. si quis alicui. ff. de acquir. hære. & vide. l. fin. & ibi glo. & Bart. ff. de bono. posses.

¶Item & aduerte: quia & in istis facultatibus conceditur, quod possit addere, & augere in maioria, quicquid voluerit, & multoties poterit dubitari, in his quæ addit, an videtur repetere titulo maioriæ & vt bona quæ addit sint maioriæ. ad quod vide text. notabilem. in. l. Scæuola. ff. de verborum significa. & l. libertis. ff. de conditio. & demonstratio. & iunge dicta Bar. in. l. si tibi pure. in fine. ff. de leg. 3.

¶Sed quid si mercator huius regni exercet mercantias extra regnum, vbi non est necessaria ista facultas ad maioriam: quia legitima filiorum non est ita ampla, prout est in istis regnis, an poterit de talibus bonis consistentibus extra regnum disponere vt emantur ex eis bona quæ sint maioriæ vel vinculando illa prout possunt: ciues regni vbi sunt mercantiæ videtur dicendum quod non: & q̃ talia bona mobilia debent sequi personam ex eo quod Bald. vult in. l. mercatores. C. de cõmer. & mercato. dicens quod mobilia concernunt personam: immobilia autem territorium, vbi sita sunt, & in istis mercantijs seu mobilibus, quæ non sunt perpetuo destinata ad locum, vbi sunt. Idem vult & pulchrè Salyc. in. l. prima. C. de summa trini. & fide catho. l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hæredi. instituen. l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. tertio. & tradit latius Ioann. lecnier in suo tracta. iuris primogenituræ. libro secundo. q. 8. vbi alleg. dictum Bald. quod facit in oppositum. & ipse allegat de pace iura. fir. & debet dicere de pace tenenda. colum. secunda. numero 9. vbi dicit, quòd bona mobilia censentur de territorio vbi reperiuntur. & q̃ po pulo seu fisco illius loci confiscantur: sed tandem residet in conclusione Salyce. vbi supra. an sint ibi perpetuo destinata vel ne. Quid autem esset dicendum si bona essent immobilia? vide per dictum Ioannem in. d. tracta. & libro. q. 7. vbi late.

¶Et quid si habens facultatem ad faciendum maioriam eum eam facit dicit quod facit disponendo de tertia & quinta bonorum: bona tamen quæ ponit in maioria excedunt tertiam & quintam, an sustinebitur maioria, virtute facultatis? vide quod dicit Barto. in. l. ammittiosa in fi. ff. de decre. ab ordi. faci. & in. q. per eum disputata, quã ibi refert. & vide tex. & ibi Abb. in. c. nisi essent. de præben.

¶Nota etiam quod si habens facultatem fecit maioriam, si postea impetret facultatem, vt possit eam reuocare, non videtur ex sola impetratione ista illam reuocare. l. forma. §. fin. ff. de censib. & tex. cum glo. in. c. ex tenore. de rescript.

¶Item quid si ex facultate regia, vel ex dispositione legis thauri, reuocet quis maioriā factam, in filium maiorem cum certo onere de præstando aliis filiis certam quantitatem, & instituat maioriam in secundum filium non repetens dictum grauamen, an censeatur repetitum? videtur q̃ sic per text. & quod ibi notat Barto. in. l. Caio. in prin. ff. de ali. & cibaria lega

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maioriam, sub conditione si vxor eius vel talis eorum filius consenserit: contingit quod is cui data fuit talis facultas, fecit maioriam de rebus designatis, dicens quod facit sub conditione prædicta, si vxor vel filius consenserit: & demum consensit, vxor vel filius: eo tamen tempore, quo iam ille qui fecit maioriã erat deportatus, vel apud hostes, vel iam in articulo mortis carens loquela, an valebit constitutio ista maioria? & facit quod non valeat notabile dictum Bar. in. l. postquam. in principio. ff. vt lega. seu fideicommiss. no. cauea, quod forte bene procederet in eo, qui de iure iam erat incapax ad faciendum actum, velut in eo, cuius bona iam erant publicata, quo casu loquitur Bart. vel in capto apud hostes: non tamen forte procederet in eo, qui de facto non poterat, vt in eo qui perdidit loquelam: nam cum ille præsumatur in eadem voluntate durare. l. eum qui. ff. de proba. glo. in capitu. de neptis. ¶. quæstio. 2. & accedat consensus tempore habili, de iure ad actum: videtur quod actus tali casu teneret: non tamen teneret si cõsensus accederet post mortem eius, qui fecit, vt probat text. per locum ab speciali in. l. si pater. ff. de manu. vindi.

sed in ea.& facit ista lex quòd sicut in bonis maioriæ non habet locum alienatio legalis,ex falcidia vel Trebellianica quod neque habebit locum alienatio per viam præscriptionis, & quòd sic præscriptio non habeat locum in bonis maioriæ,in qua quæstione vid.quæ latiss mè dixi in.l.10.titu.25.partita.4. ¶Facit etiam,q bona maioriæ prohibita alienari non publicentur propter delictum possidentis maioriã. de quo est tex.nota.& ibi Bartol.in.Limperator. ff. de fideicommissa. liber.circa quam legem,vide Alexan.consil.23.volu.1.in duobus locis. Adde.l.eum qui.ff.de interdi.& rele.& notata per Cynum in.l.secunda.C.de liber.& eorum libe.& Salice.in.l.si quis presbyter. C. de episc. & cleri.& adde etiam.l.res vxoris.C.de dona.inter virum & vxorem. & vide etiam.l.statius florus.5.Cornelio felici.ff.de iure fisci.l. papinianus.§.meminisse.ff.de inofficio.testamen.quod procedit etiam in crimine læsæ maiestatis text.& ibi Angel.in.l.eorum. ff.ad leg.iul.maiestatis.vbi est casus,quòd ea, quæ non transeunt in extraneum hæredem,non transeunt in fiscum publicatis bonis,propter crimen.l. iuliæ maiestatis,quod etiam tenet Bald.in.§.fina.quæ sit prima causa bene fic.amitten.& in.§.insuper.de prohibi.feud.aliena. per Fredericũ. vbi tenet quòd propter delictum commissum in personam domini, licet perdatur feudum:illa tamen quæ habentur iure genituræ, & debent ad alios iure primogenituræ transire,non perduntur propter delictũ commissum,contra dominum, quod etiam tenet expressius Bald.in dicto.§.final.& consert ad prædicta quod habetur in Psalm. 88. Incipit misericordia domini iuncto Psal.131.Incipit memento domine David.nam Deus promiserat regnum perpetuum semini Dauid & licet Deus propter peccatum soleat reuocare promissa, tamen, quia istud pactum factum est Dauid non renocauit licet aliqui ab eo descendentes reges, commiserunt crimen læsæ maiestatis idolatrando vt traditur per glossam ordinariam Matthæi.capit.1.& ibi Nicola.de Lyra.& adde quod habetur ad Roman.capit.3. Ibi quid enim si quidam illorum non crediderunt. &c. & ibi Nicol.de Lyra. poterit ergo ille ad quem pertinet maioria impedire fiscum, ne bona maioriæ incorporet.l.fina.& ibi Baldus.C.de bon.vacan.in.1.nota.libr.decimo.l. si pater.C.qui bon.cede.poss.bene tamen publicabitur usufructus in vita delinquentis.in dicto.§.Cornelio Felici.quæ omnia procedent: nisi per tenorem inuestituræ,seu maioriæ prouisum esset, quod statim in casu confiscationis bona maioriæ transeant in illam personam, quæ post mortem delinquẽtis vocatur ad maioriam,vel alias in hoc disponatur:nam tunc seruabitur dispositio maioriæ quando facta fuit facultate regia vel per testamentum si vero sine facultate regia tunc recurrendum esset ad notata per glos.& Barto.in.l.qui absenti. ff.de acquirenda possesione. vide in hoc quæ tradit Alexand. dicti vigesimotertio.& in casu quo ex tenore maioriæ locus est confiscationi, an tunc bona erunt apud regem,vt bona maioriæ, vel vt bona liberã? die quòd vt bona libera nam variata persona variatur conditio rei text.cum glos.in.l.1.§.siis.ff.de colla.bono.Bald.in.l.secunda. columna secunda.C.de iure fisci.l.fina.C.de vsur.fisca.Bart.in.l.fiscus.la prima.C.de iure fisc.libr.decimo.l.cum in fundo.§.quod si acciderit. ff. de iure dot.Bal.in.l.secunda.in princip.ff.solut.matri.& ex hoc infertur quòd si facta confiscatione rex donet eam filio delinquentis, vel proximiori vocato,quòd erit apud istum donatarium, vt noua maioria non vt antiqua:posito, q rex donauerit vt esset maioria: vel erat ex sui natura,vt comitatus vel ducatus:& pro hoc videtur text. in legesi libertus meus in seruitutem.ff.de bon.libert.& tenet Bald.in.§.insuper.de prohi.feu.alie.per Fredericum.quæst.fina.& vide per Ludouicum de Goza.consil.46.numero.16.& vide quid in hoc dicit Ioan. de Plat. per textũ ibi. in.l.1.in fine. C.de impo.lucra.des.libr. decimo. ¶Sed quid si pater in constitutione maioriæ apposuit pactum, quòd si filius committeret delictum ex quo bona confiscarentur bona reuerterentur ad patrem,si tamen princeps indulserit filio quòd reuertantur ad filium contigit,quòd omnia ita acciderunt, & princeps indulsit filio:pater verò vult de nouo apponere grauamen vel conditionem in maioria an possit:Et videtur,quòd non ex dicto.Bartol.in.l. post dotem.columna sexta.ibi.& ideo dico quando pater dat dotem primo viro.ff.soluto matrimonio. ¶Quid tamen in casu quo ñ̃ est locus confiscationi maioriæ si princeps remittat postea delictum, & restituit delinquentem forte iam condemnatum, an recuperabit bona maioriæ,vel adhuc transibunt in sequentem vocatum? & videtur dicendum, quòd si ille delinquens fuit condemnatus,& ita secundum vinculum maioratus bona fecerunt transitum in alium, seu ius maioriæ:nunc restitutio principis nihil operabitur, in præiudicium illius, qui sic erat vocatus propter delictum alterius.vt tradit Baldus in cap. primo.hic finitur lex,dein de consuetu.reg.incip.colum. fina. & quæstione si.si verò adhuc non erat condemnatus: bona tamen ipso iure erant confiscata,& cum tunc fecerunt transitum in sic vocatum, & sic indulgentia vel restitutio,nihil debet operari: si verò neque condemnatio fuit sequuta,neque bona ipso iure fuerunt confiscata:& tũc non videtur per didisse maioratum, & erit proficua indulgentia. Ista distinctio colligitur ex verbis.Bald.in dict.capi.1.§.insuper. de prohibi.feud.aliena. per Fredericum.quæstione fina. & vide quæ not.Bal. in capit.vnico.quid iuris sit si post aliena.vass.feud. recupe. in principio.In casu vero quo per maiorem instrumentum nihil disponitur,ad quem ex delicto transeat maioria, publicabitur vsusfructus, vt dixi, & si princeps crimen indulgeat, & restituat operabitur restitutio, vt rehabeat suum maioratum: vti prius cum fructibus: secundum Baldum in dicto capitu.primo.hic finitur lex.columna fin. videtur enim restitutio facta,vt sint bona maiorię non vt libera per tex.in.l.etiam.§.si deportatus.ff.de bo.liber.&.l.2.&.3.ff.de sen.passis. Quod intellige si princeps ante restitutionem non fecerat donationem alteri, talis vsusfructus:nam tunc non recuperaret per restitutionem, secundum Baldum ibidem.penul.colum.de quo tamen vltimo vide quæ latè tradunt & notantur per Alexandrum & moder.in lege. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liberis & posthu.Barto.in.l.quæcunque.C.defide instrum.& iur.hastæ fiscæ.libr.decimo.Cardina.& Ioan. de Imola capit.quia diligentia.de electio.Felin.in cap.fi.col.4.de constitu.& in capit.inter quatuor.de maiori.& obedien.Abb.in capitul.1.de paranchijs.& singulariter per Socinum consil.266.colum.19.20.&21. cum sequenti. Hodie communiter in facultatibus regalibus ad maioriam excipiuntur crimina hæresis,& læsæ maiestatis,& criminis nefandi, vt in illis perdantur bona maioriæ:quod seruandum videtur in his bonis,quæ vinculantur ex vigore facultatis,& aliter non possent vinculari eorumque alienationes prohiberi:cum enim has vires receperunt ex priuilegio principis:nimirum,si princeps tale priuilegium in toto posit modificare & declarare,seu sub certis limitationibus concedere. Si verò conditor maioriæ etiam sine facultate principis, poterit bona sua grauare fideicommisso,& restitutioni subijcere: vt quia pro los descendentes,vel ascendentes habebat,& liberè poterat bona sua vinculare, vel si habebat in tertia & quinta poterat libere disponere iuxta.ll.regni,talia bona non perdentur, etiam propter crimen læsæ maiestatis,vt dixi,& licet interueniat facultas principis insimul cum potestate,quæ disponenti competit, de iure communi non perdentur talia bona,in quibus competebat de iure communi etiam citra rescriptum principis talis facultas:in dubio nanq; ex quo condens maioriam non fe restringit in sua dispositione ad talem regiam facultatem,visus fuit disponere omni meliori modo,quo dispositio sua conseruari posset.Baldus in lege. id quod pauperibus.columna fina. vers. ficul.vltimo.quæritur circa hoc.C.de episcopis & clericis. & lege.plenè.ff.quod falso.turo.aucto.& ibi Baldus.Et actus qui potuit fieri ex duplici potestate,sustentabitur ex ea,qua melius valere potest: vt in casus multum singularis in capitu.nisi essent.de prædendis. & ibi Abbas in secundo notabi.& per illum textum.eleganter etiam dicit Baldus in.§.primo.columna penultima.de lege corra. quòd si partes compromiserunt in iudicem delegatum,non per hoc videntur remittere rescripto:imò ex vtraque auctoritate intelligitur iudex procedere,& potest pro parte valere sententia ex vna auctoritate, & pro alia parte ex altera per dictum capi.nisi essent.quod dicit non esse alibi.Semper enim actus videtur esse gestus ex ea auctoritate, quæ maius robur & maiorem efficaciam dat actui.vt in lege tertia. vbi casus notabi. ff.de testamen.mili.nam valens actum exercere ex duplici potestate:videtur actum exercuisse prætextu maioris potestatis, vt dixit Abb.per text.ibi & per.d.l.in.c.q sicut.pe.nota. de electio. dixit etiam Bald. in.l.humanitatis.colum.septima.C.de impuber. & aliis substi. quid habens duo arbitria ad aliquem actum,videtur facere ex arbitrio pleniori. & hoc idem voluit Innocentius in capitu.cum ex officij.de prescriptio.vbi etiam fortius voluit,quòd si quis habens auctoritatem ordinariam,crederet etiam se habere auctoritatem delegatam:quam tamen in veritate non habebat,& protestaretur velle tantum procedere auctoritate delegata:nihilominus processus tenebit auctoritate ordinarię iurisdictionis, quam tantum habebat: quod est singulare,firmiora nanque reputantur illa quæ aguntur de iure communi, quam illa quæ aguntur de iure speciali.l.eius militis.§.militia missus. ff.de testamen.mili.& in authentico.de non alienan.§.quia verò verisimile semper in dubio quis videtur velle facere actum validum iure communi & ordinario:non autem speciali, vel extraordinario. l. quanquam. C.de testam.mili.& l.in testamẽto. la prima.eod.titu. & ideo dicit Freder.de Sen.consil.125.incipit factum tale est,quædam domus.q si quis potest ꝓcedere,vt ordinarius,& vt delegatus præsumitur in dubio vti potestate ordinaria.Cõsulo ergo,q disponẽtes circa maioria exprimant se meliori potestate qua possent facere, & disponere, vt omnis dubietas tollatur, & quòd protestentur velle vti iure communi & facultate,illa via & forma,qua melius eorum dispositio conseruari possit:& confert etiam ad prædicta.l.habebat. ff. de instit. per quem ibi not.Bartol.quòd licet contraham tecum respectu vnius mandati, quod te habere credebam : tamen possum agere contra te vigore

alterius mandati, quod habes licet ignorantem tempore contractus & sic sustinetur contractus,etiam ex alio mandato:de quo non fuit facta mentio,vt etiam plenius concludit Barto.in sua disputatione incipienti adumantia generalis,& Bald.& in.l.falsus. C. de furt. & retigit. Barto.in.l.ambitiosa.colum.vlti.ff.de decret. ab ordin.facien. Sed erit pulchrum dubium,an in casu quo perdatur maioria ex crimine læsæ maiestatis,vel alterius criminis,an tenebitur de eiectione qui tale crimen commisit si haberet vnde possit soluere,& videtur quòd sic ex dicto Bal.in.§.rursus.quibus mod.feu.ami.versicul.sed quæritur vnum auctor. ¶Quod autem dixi, quòd neque per crimen læsæ maiestatis perdantur bona maiorię,imò adhuc veniant in sequentem vocatum, an procedat in filijs delinquentis,qui ad maioriam essent vocati? vide quæ dicam in.l.secunda.tit.2.partita.7. vbi etiam tractabitur deo dante de filijs ante vel post delictum cõceptis,& de intersecti.l. quisquis. C.ad legem iul.maiest.&.l.6.titu.27.partita.2. Et in casu quo ex tenore inuestituræ,vel aliàs bona, vel vsusfructus maioriæ confiscarentur si possessor deseruiuit regi,si filius eius vel maioriæ successor seruiuit inclinari debet rex ad bene merentum, vt iubeat ei dari bona, neque tam debent attendi demerita patris quam merita filij.non tantum. §.si emancipatus.ff.de bonorum possessi.contra tabul. & facit quod notat Bald.in capit.primo.in principio.col.3.vers.cu. quid si sunt duo fratres.quibus mod.feu.ami.vbi dicit,quòd si ex duobus fratribus vnus dereliquit dominum, alter sua propriate defendit,quòd tunc excusatur vnus propter alterum propter coniunctionem personarum & feud. ¶Quid autem si villa seu castrum maioriæ confiscarentur ex his quæ habentur in.l.12.titu.13.partita secunda.ibi, esso missino dezimos.vide dictam.l.& quæ ibi dixi. Facit etiam ista lex ad id quod notat Bald.in authentica.præterea.C.vnd.vir & vxor.colu.2.versi. viterius etiam.Nota quòd prohibitus alienare,non potest per suum contractum vel quasi contractum introducere dispositionem legalem in oppositum:imò tenetur curare ne id fiat.l.li ita quis.§. ea.l. in glos.ff. de verborum obliga.& adde Bald.in.l.prima.C.de inofficio.dot. ¶Item etiam facit ista lex ad decisionem illius dubitationis,an dispositio authenticæ.res quæ. C. communia.de lega. scilicet, quòd bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis,quando liberis legitima portio non sufficeret,procedat etiam stante expressa prohibitione testatoris.quam quæstionem latè tractat Iason in dicta authẽ tica.res quæ.columna septima.&. 8. vbi asserit communem esse opinionem, quòd procedat etiam stante expressa prohibitione, contra Baldum qui voluit contrarium in.§.donare.qualiter olim feud. alien. Possl.& communem opinionem tenet doctor de Palat.Rub.in repetitione.capit.per vestras.de donatio.inter virum & vxorem. colum.55. & 56.cum sequentibus in formis minoribus. Certè ista.l. partitarum. potest induci pro opinione Bald.vltra alia quæ pro ea induxit Iason in dicta authentica.res quæ. Cum vult hæc lex quod stante ista tali expressa prohibitione, cesset alienatio etiam ex dispositione legali: & licet onus dotandi filias delegdat a lege,vt in.l.qui liberos. ff. de ritu nuptia.l.8.titul.11.partita quarta. Licet dici possit,quodista.l. parum faciat:cum ratio eius sit quia testator potest prohibere falcidiam, & prohibendo alienationem,per consequens videtur prohibere dimutionem per viam falcidie testator tamen nõ potest prohibere obligationem quã tenetur pater dotare filiam. Sed adhuc potest respondeꝛi, quòd per expressiam prohibitionem, quòd neque ex causa dotis res subiecta restitutioni alienentur, potest prouideri per testatorem. vt tradit Alexand.consil.56. consideratis verbis testamentia.volumi. quod etiam est repetitum consil.23.volumi.secũdo.qui tamen ad hoc nihil allegat:de dicto tamen eius meminit Ambrosius prout etiam refert Palati.Ruui.vbi supra.colum.62.in repe.l.filiusfamilias.§. diui.ff. de legat.1.& Iason in.d.authentica.res quæ.In cõfirmatione tamen illius dicti Alexand.tradit Palati. Ruui.vbi supra. q sicut potest adiici pactum vel conditio,vt res non possit alienari in ecclesiam, vel pium locum.vt tradit Bald.in.clerici.colũ.2.de iudi.& in.c.quæ in ecclesia ruit.de constitu.col.3.versic.sed hic quæritur Felin.in cap. quæ in ecclesiarum.co.ritu.Bald.& alij in.l.ea.l.C. de condictio. ob causꝫ.per dicto.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verborum oblig.sic etiã valere debet dispositio:ne res alienetur etiã ex causa dotis,per hoc tamẽ non arbitror recedendum à cõmuni opinione: cùm expressior sit prohibitio, quòd neque propter dotem alienentur,quàm si simpliciter alienatio prohiberatur.& quod dixi,quòd teneat expressa prohibitio, vt neque ex causa dotis alienetur.Limita & intellige quando prohibens non tenebatur ad dotem : nam si teneretur talis prohibitio non obstaret. vt tradit Barto.in.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.1.quæst.2.adde Pala.Rui. vbi supra col.67.tex.nota.in.l.cum fidei. ff. de fideicommissa.liber. l.pen.§.prædium.ff.de lega.2.& crederem hoc ꝓcedere,etiam si mortuo patre nulla promissa dote ab eo vel constituta, filia de restitoendo granata, talem dotem promitteret, vel constituerit, quicquid in contrarium voluerit Angel.in authentico. de restitu. & ea quæ parit colla.4.super glo.quæ incipit,sed nonne,quia videtur in hoc esse tex. in contrarium in.l.mulier.§.cum proponeretur. ff.ad Trebellia. & in specie tenet Iason in.d.authentica.res quæ.col.final.versi.13.limita. & doctor de Palati.Ruui.vbi supra colũ.66. Decius consil. 376. visis casu proposito.Aduerte tamen, quòd hodie in regno attenta mente. ll. regni,videtur dicendum,quòd filia in quam deueniret maioria, in qua essent bona alienari prohibita:etiam si non exprimeretur, quòd neque ex causa dotis alienaretur:sed generaliter esset prohibita alienatio,adhuc non posset ex causa suæ dotis alienare bona maioriæ, iuxta dispositionem.d.§.cum proponeretur,& dicti. authenticæ.res quæ. quia in dictis iuribus non erat dicta filia rogata restituere filijs suis, si eos haberet:sed erat rogata restituere,si sine filijs decesserit, vnde filij erant in conditione non in dispositione iuxta glosſ. magis communiter approbatã in.l.Lucius.ff.de hæredib.institu.vnde in casu.d.§.cum proponeretur.eo.casu quo mulier non dedisset bona fideicommissi in dotem & contraheret matrimonium,poterat disponere ad libitum de fructibus,tanquam de rebus paraphernalibus,iuxta nota. in.l. penul ff.ad legem Falcid. & in.l.hac lege.C.de pact.conuent. in.l. dotis. ff. de iure doti.vnde nullus forte vellet cõtrahere mattimonium cum ea,& sic non inueniret maritum,& ideo emanauit prouisio.d. §. &.d. authentiꝭ. Item si daretur casus, quòd in casu illo filia haberet filios, poterat ipsa bona liberè alienare:& sic maritus inueniret se, & illam si cum ea contraheret sine bonis,ex quibus possent onera matrimonij sustentare:vnde consideratur ibi, quòd maritus non aliter veller cõtrahere:nisi dote data,seu promissa.& ideo necessaria fuit illa prouisio,vt fideicommissum ex causa dotis minueretur. In regno verò nostro maritus habet administrationem bonorum vxoris etiam non dotalium,& fructus ita sunt sui sicut essent fructus dotis:sunt enim omnes fructus communes inter virum & vxorem,ex quibuscunque bonis percipiuntur,secundum.ll.regni, secundum quas etiam neque mulier sine assensu viri potest disponere de rebus suis, etiam paraphernalibus.Item in casu maioriæ filij sunt in dispositione, & ad eam vocati à primo disponente. Præterea de iure regni nihil amplius posset habere maritus: si hæc bona maioriæ sibi darentur in dotem,quàm si simpliciter contraheret matrimonium, neque videmus quòd mariti curent,quòd talia bona sibi assignentur in dotẽ: tantũ procurantur,q vxor sit dives,& habeat bona:& hoc habito non curatur de constitutione dotis:imò libenter volunt recipere bona sine assignatione dotis: quia minus obligantur. vnde videtur,quòd cesset dispositio dictarũ ll.à cessante ratione.Imò per hoc videtur casus in.d.§.cum proponeretur. ibi cum dicit nisi de fructibus posit sibi prouideri de dote: cum igitur tantum importet ad matrimonium maioria, quæ trahitur sine aliqua assignatione dotis:sicut si assignaretur in dotem, cessare debet dicta dispositio, & non poterit in regno talis filia seu alia fœmina, in quam veniret maioria alienare eius bona , etiam propter causam iuæ dotis:& bene etiam ad prædicta confert quod habetur in capi.nuper. de donatio.inter vir. & vxorem. ¶Quando vero non tractaretur de dote filiæ,in quam venit maioria, sed de dotandis aliis liberis descendentibus à primo disponẽte,est dubium an si tales liberi nati sunt iam ipso disponente mortuo,possint dotari de bonis maioriæ:in quo videtur velle Paul.de Castr.quod sic in dicto §.cum proponeretur.in principio.Cum tradit quid fuerit illius.§.dispositionis additum per dispositionem authentic.res quæ.& dicit quod primo additur : quia in dicto verò authentic.idem deciditur in nepote ex filio, vel in pronepote ex nepote & sic de cæteris descendentibus:vt ibi colligitur in verbo liberis,quod comprehendit omnes descendentes:nam onus dotandi omnium personarum prædictarum pertineret ad testatorem , si vlueret vt in lege.dedit dotem.ff.de collatio.bono.l. octaua.titul.11. partita.4. vnde secundum eum censetur voluisse quod faceret illud quod testator esset facturus.argu.l.cum seruus.ante fi. ff.de condi. & demonstr. ibi namque ipse vius.Secus in nepote ex filia , vel pronepote ex nepte: quia onus dotandi illas non pertinet ad primum disponentem, sed ad parentes illorum,per ea,quæ not.glos.in.l.à filia.ff. ad Trebel. vult ergo Paul.de Castr.quod de mente primi disponentis sit licet iam sit mortuus, q in omnibus descendentibus eius per filium vel nepotem possit fieri alienatio ex causa dotis,iuxta dispositionem dict. authen.res quæ.de quo ego multum dubito,& potius inclinarem in contrarium.& primo excludo casum indubitabilem,vbi conditor maioriæ etiam ex causa dotis prohiberet alienationem:nam tunc dispositio eius seruanda est,vt dixi)& etiam in illo casu est de mente Paul.de Castr.Cum fundamentum eius sit quod si viueret ipse faceret : & sic quod censetur voluisse,quòd fiat post eius mortẽ. Quod fundamentum cessat stante voluntate expressa in contrarium,quando verò non fuit hoc expressum , sed simpliciter prohibuit alienationem , tunc videtur,quòd in liberis natis eo mortuo, in quos nulla fuit orta obligatio dotandi,non censeatur idẽ voluisse quod faceret ac si ipse viueret

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque præsumitur voluisse contra suam prohibitionem bona distrahi in eo, in quo ipse nullo modo erat obligatus. argumen. l. cum de indebito. ff. de probationib. & vbi potest sumi alia coniectura non præsumitur donatio. vt tradit Bald. in. l. a. C. ad Trebellia. & constat hic voluisse bona integra velle manere in maioria, & si talis coniectura donandi daretur, esset destruere omnes maiorias, vel pœnè omnes. Si tale quid permitteretur in descendentes in infinitum. &c. l. cum seruus. alleg. per Paul. nihil in hoc probat. Imò ibi illa præsumptio tendebat ad conseruationem maiorem bonorum ex redditione rationum, quam in eorum diminutionem, & procedet hoc magis indubie de iure regni, ex quo per contractum matrimonij filius liberatur à patria potestate, iuxta. l. Tauri: & sic nulla obligatio dotandi esset in auo paterno neptem ex filio: & facit ad prædicta. l. r. §. si quis proximior. ff. vnd. cognati. ibi nam si post mortem neque obstabit alij, neque ipse ad mittetur: quia nec fuit proximior cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit. & l. r. §. sciendum. cum similibus. ff. de suis. & legi. hæredi. Præterea ratio fundamentalis. d. authenticæ. res quæ. vt tradit Paul. de Castr. consi. 8. c. r. volu. quia per supra scriptum eximium consultorem. &c. est, quia pater tenetur filiã dotare. vnde sicut nõ posset huic obligationi derogare subijciendo res suas restitutioni, quoniam ob dictã causam fieret diminutio: ita neque prohibẽdo illarum alienationem: cum non debeat esse in potestate debitoris ab obligatione se eximere. l. sicut. C. de actio. & obliga. Sic igitur ista est ratio, & talis obligatio cessat, prout cessat in primo disponente, qui nunquam fuit obligatus ad dotandum neptes, vel proneptes, quæ non erant, nec fuerunt in rerum natura, eo viuo patet quod potuit bona sua subijcere restitutioni, & prohibere alienationem: neque talis descendens habet de quo conqueratur: cum nunquam habuit talem ascendentem obligatum. Præterea etiam Paul. in dicto consi. videtur declarare se circa id quod dixerat in dicto. §. cum proponeretur. & in dicta authentica. res quæ. penul. colum. f. vt quod dixit, procedat quando tantum erat prohibitio tacita legalis, de non alienando: eo quod bona erant subiecta fidei commisso: quando verò esset expressa prohibitio, & defectus non esset in potestate disponentis, & prohibentis: tunc non procedat dispositio. d. authenticæ. res quæ. Sed adhuc instabit quis: quia secundum hoc nihil specialitatis, vel prærogatiuæ inductum fuerit per dictam authenticam. res quæ. ex quo dicitur, quod tantum procedat in obligato ad dotandum, seu quando in persona primi disponẽtis nata fuit obligatio dotandi. ad quod respondeo quod adhuc est multum fauoris & prærogatiuæ: quia ipso mortuo tantum poterat agere filia pro sua legitima, vel neptis quæ forte non sufficeret ad constituendam dotem, secundum qualitatem filiæ vel neptis, & alia de quibus in. l. filiæ. ff. de legatis tertio. & reiterin. l. 8. titu. 4. partita. 5. in glos. super parte, tambien. Et illud introductum fuit per dictam authenticam, vt legitima non sufficienti mitti possit manus ad bona prohibita alienari: vel potest dici quod multum inducat de nouo illa authentica. vt stante tantum tacita prohibitione legali, ex præsumpta voluntate defuncti disponentis, bona subiecta fideicommisso possint alienari pro dote, etiam per liberos, qui non erant in rerum natura viuo primo disponente: quod non est stante expressa prohibitione, vt dixi velle Paul. de Castr. in dicto consi. Sed primum mihi plus placet, & quòd in hoc nulla sit differentia inter expressam, & tacitam prohibitionem: & confert ad prædicta: quia maioricatus in multis participat de natura feudi: & arguitur de vno ad aliud, vt tradit Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de iu. delibe. Socin. consil. 47. vol. 3. & videmus, quòd feudum non potest dari in dotem. vt in cap. r. §. donare. qualiter olim feud. alie. poss. & per illum text. dicit ibi Bal. quòd authentica. res quæ. non habet locum in re feudali, & in casu in quo permittitur aliquando feudum dari in dotem, procedit pro vita vassalli dantis in feudum tantum, & non perpetuò. secundum Innocent. & docto. in. d. c. nuper. & postea reuertitur feudum mortuo vassallo ad eum, ad quem ex forma inuestituræ reuerti debet, secundum prædictos docto. & tradit Felinus in capit. quæ in ecclesiarum. de constitu. colum. 2. hinc etiam vi demus quotidiè a rege impetrare licẽtias, & facultates, vt de bonis maioriæ possint filiæ dotari, vel bona maioriæ obligari pro restitutione dotis. & impetrantur quotidie à descendentibus primi disponentis, quasi sit pro certo habitum, aliter non posse de iure fieri: quia frustra precibus impetratur quod à iure communi conceditur. l. a. cum similibus. C. de thesaur. libro. 10. l. cum per absentiam. C. quib. non obi. citur long. tempo. præscrip.

¶ Et licet non sit disputandum de hoc de potestate principis auferentis per tales licentias ius futuri fideicommissi, iuxta ea quæ plenè tradit Alexand. consil. 2. visis codicillis legitimatione & aliis, primo volumi. & consil. 94. vbi ad finem. dicit quòd secundum illud consilium fuit iudicatum. Consulo tamen dominis de consilio regis ad hoc deputatis, vt raro & cum magna causa istæ & similes facultates in euersionem bonorum maioriæ & fideicommissi, dentur: si enim darentur sine causa iusta fortè tenerentur ad interesse parti læsæ, ex eo quòd notat Bald. post glossam ibi in. §. fina. columna quinta. versicul. item nota ex illa glos. de pace iuramen. firman. & quæ habetur in. l. 9. titu. 18. partita. 2. & vide Petrum de Anchar. in regul. possessor. columna. decima septima. versicul. quinto quæro. de regulis iuris. libro sexto. & ipse princeps concedens tales licentias sine causa nouum ste faceret, neque videtur posse per prædicta, vel saltem tenebitur grauato prouidere de bona cambio, vt notanter voluit Innocen. in capit. nisi cum pridem. de renun. colum. secunda. versicul. nos credimus. & neque recipientes erunt tuti in conscientia iuxta glo. in capit. non est. de voto. Item & sæpe patres in præiudicium filiorum vel filiarum quibus desertur maioria impetrant facultates regias cum filij sint sub eorum potestate & protectione videntur delinquere. argument. l. defere. §. Item eos. ff. de iure fisci. vnde non debet eis faueri. Tales licentiæ tendunt contra publicam vtilitatem, quæ consistit in conseruandis bonis in familia nobiliam. l. prima. §. denuntiare. versicu. publicè enim interest. ff. de vent. inspi. & quod tradit Ioannes Andre. in additio. ad Speculato. titu. de successio. ab intesta. vbi referens disputationem Iacob. de Are. dicit pertinere ad publicam vtilitatem, q agnatis & familiæ diuitiæ conseruentur: constat enim, quòd per diuitias facultatum conseruatur honestas, quæ perit per inopiam, vt in authentico. de restibus. §. iancimus. collatio. septima. & sicut principatus diutiùs destruuntur. vt in. §. præterea ducatus. de prohibi. feud. alien. per Frede ricum. ita etiam patrimonia, vt experientia docet. vt tradit Socin. consil. 47. volumi. primo. colum. secunda. & inter nobiles melior est quam doque aliorum filiorum disperso, quam hæreditatis diuisio. vt tradit Abbas referens dictum Beati Bernardi in capit. licet. de voto. Reiecta contra publicam vtilitatem, & in damnum aliorum vocatorum ad maioriam, non sunt concedenda. l. rescripta. C. de precib. imperia. offeren. l. fina. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. capit. rescripta. & capit. decenti. versi. omnes. 25. quæstione secunda.

¶ Quid autem si rex dedit licentiam extrahendi vnam rem vel pradium à maioria pro dote filiæ, eo quia pater non habebat aliunde vnde dotaret: an si pater postea peruenit ad pinguiorem fortunam, teneatur ipse dotare & res ita alienata reuerti debet ad maioriam? videtur dicendum, quòd non, per ea quæ not. glos. l. in dicta authentica. res quæ. & in corpore, vnde iuncti. & probatur in dicta. l. mulier. §. cum proponeretur. & faciunt, quæ not. glos. l. in lege. vbi a. Hinc. C. de iure dotium. & Barto. in. l. si constante in principio. ff. soluto matrimo. in quæstione illa. si vir incipiat esse dives post dotem datam vxori, propter eius paupertatem. In contrarium facit quod not. Innocen. in capit. quia plerique. de immuni. ecclesia. tradit Socin. consil. 164. volu. secundo. vbi dicit, quòd si princeps subsistente aliqua causa abstraxit rem vni, si postea cessat causa, cessat dispositio: & res ablata debet redire tui: & quia auctis facultatibus, tollitur priuilegium paupertatis. l. non tantum. §. eos. ff. de excusatio. tuto. l. cura. §. primo. ff. de inuent. & hono. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacat. mune. l. Titia. §. vsuras. ff. de legat. secundo. Præterea hoc videtur de mente Bart. in dicta. l. si constante in principio. colum. fina. quem pro prima parte iam citaui cum distinguit in quæstione illa. Quòd si actus superueniens qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, & tunc ex superuenienti casu non tollitur id quod est gestum. l. verbis. ff. ad legem Falcid. Si vero tendit ad contrarium effectum cum actu celebrato, & tunc vult quòd retractetur actus ex superuenienti casu, & ita respondet ad dicta. leg. cura. §. deficientium. ff. de muneri. & hono. cum similibus. Vnde in casu quæstionis propositæ diuitiæ superuenientes tendunt ad contrarium effectum actus celebrati, scilicet permissionis ob inopiam extrahendi pro dote rem maioriæ: & videtur dicendum, quòd res redire debeat ad maioriam, & patet dotet ex superuenientibus diuitijs. Sed dicendum videtur, quòd extractio talis rei, & constitutio dotis ex ea facta non retractetur licet superuenianti diuitiæ, vt in regula factum legitimè. de regulis iuris. libro sexto. & quia cum actus est iam confirmatus tunc per cessationem causæ non debet eius effectus retractari. l. qui res. §. aream. ff. de solut. l. sanemus. primera. C. de adminis. tra. tuto. Alexan. in dicta. l. si constante. in principio. columna fina. fortè tamen compellendus esset extrahens vigore talis facultatis de talibus diuitijs superuenientibus subrogare aliam rem in maioria valoris rei, quæ extracta fuit, & optima cautela erit, quòd in talibus licentijs ita specificetur, & illud ad quod aliqui Innocent. in dicto capitu. quia plerique. non videtur ita indistinctè verum, neque Innocent. hoc dicit ita vt Socinus in dicto consil. cum retulit, vt per te poteris videre, erit ergo optimum, vt cum tales licentiæ concedantur, quod dixi exprimatur, & ita licentia limitetur, vel exprimatur, quòd tali casu res sic extracta, reincidat in maioriam, & pater extrahens pro dote filiæ dotem soluat de superuenientibus diuitijs. ¶ Et si de consensu alienantis ex facultate Regia, & ecclesiæ, qualiter impediat alienationem. Imò & videtur, quòd nec dū proximus in gradu hoc posset verum etiam quilibet alius de familia

voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & vide quod habetur in. l. si cut. §. si voluntate. eo. titu. &c. si. 33. q. 2. & glo. in. c. nuptiarum. in parte vxores. 27. quæst. r. ex quibus decides quod si res sit extracta à maioria ex facultate regia. & de ea sit factus alius maioricatus, an si res redeat ad priorem dominum possit iterum ex ea condere maioria in ea qua quæstione vt dicendum, quòd res sic relicta non reincidat in maioriam, vt probatur in. l. si ita legatum. §. si domus. ff. de lega. r. & probatur etiam in. d. §. si voluntate. vnde ad faciendum de ea nouam maioriam in præiudicium filiorum opus erit noua facultate, & adde quæ dixi supra parum post principium huius glo. ¶ Aduerte etiam, quòd qui ludit rem maioriæ perinde est ac si rem alienasset vnde incideret in pœnã alienantis. gl. not. in. l. 3. §. miles. ff. de re mili. ¶ Et quid si ludendo super re maioriæ in tanta quantitate quòd non esset spes luitionis? vide. l. qui habebat. ff. de lega. 3. & Bald. in. §. aut si libellario quib. mod. feu. amit. Item aduerte q si quis habuit à principe licentiam vendendi rem maioratus & morte præuentus non fecit non potuit successor eius in maioriam vendere ex tali facultate. vt tradit notanter Bal. in. §. Marchio. col. r. versi. pone concessum est priuilegium, de his qui feudum dare poss. Item & aduerte, quòd si ille qui habuit licentiam vendendi rem aliquam maioriæ erat talem rẽ per interpositam personã, vt fortè alteri filio relinquat, quòd non obstante tali licentia, & tali alienatione vocatus ad maioriam potest ei talem rem petere. argu. l. si is qui bonis. ff. de acqui. hæred. adde Bal. in. l. ordo. col. 2. versi. quæro data est potestas. C. de execu. rei iudi. ¶ An autem pretium quod habetur ex re quæ permittitur vendi ex maioratu sit maioriæ, vt committatur in emptionem alicuius rei immobilis, & si in facultate ad vendendum hoc non expimatur? videtur, quòd sic ex his quæ not. Bald. in. c. i. de feud. non habente propr. naturam feudi. versi. quæro nunquid pretiũ. ex quo in casu isto pretium habetur ex causa lucrativa. ¶ Sed quid si possessor maioriæ iurauit, quòd non alienabit res maioriæ qui tamen postea impetrauit licentiam à rege quod posset alienare tacens de iuramento præstito, an poterit tunc alienare? videbatur, quod sic ex dicto Bal. in cap. 1. in prin. colum. 4. de his qui feud. dare possunt. versic. & circa hoc quæro si prælatus iurauit. referens Ioan. And. in. c. vt sup de rebus ecclesiæ non alienã. dicentem q si prælatus iurauit non alienare sine licentia Papæ, quòd si impetrat licentiam à Papa tacito iuramento, quòd potest alienare, neq; fit transgressio iuramenti. Videtur tamen in hoc dicendum, quòd si istud iuramentũ, præstatur futuris successoribus, vel ad eorum fauorem, & conseruationem rerum maioriæ, quòd tunc non valebit alienatio etiam si impetret licentiam tacito iuramento. quod & est de mente Ioan. Andre. in. d. c. vt super. dum dicit, quòd si iurasset non alienare sine licentia metiopolitani, quòd tunc si impetraret à papa talem licentiam tacito iuramento non teneret licentia neq; posset fieri alienatio. ¶ Aduerte etiam, quòd vigore talis facul: atis regiæ non debent vendi neque pro dote obligari res pretiosiores seu res magnæ maioriæ: ili de vilioribus potest satisfieri, quia versari debet in hoc arbitrium boni viri. l. magis puto. §. ne palam. ff. de reb. eor. & ibi Bal. notabiliter. Barto. in. l. alio. ff. de ali. & cibaria. lega. ¶ Et si data fuit licentia regia ad obligandum res maioriæ pro dote vi detur & dari vt possint vendi. l. si pupillorum. §. r. & ibi Bal. ff. de rebus eorum. Si tamen licentia daretur ad vendendum non possent eius virtute res maioriæ obligari. vt in. d. l. si pupillorum. §. fi prætor. quia à forma decreti non est recedendum. adde. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. & glo. in. l. non debet. ff. de regu. iuris. ¶ Sed pone, quòd data fuit licentia alternatiue ad vendendum vel ad obligandum res maioriæ pro aliqua necessitate potest enim sic alternatiue dari. vt in dicto. §. fi prætor. an tunc si eligat obligare, possit postea vendere? & videtur, quod non per text. in. l. cuius. ff. de curato. furio. quod fortè procederet si per viã obligationis satis esset necessitati consultum non aliàs. ¶ Quid autem si possessor maioriæ leguit aliquam rem maioriæ & postea impetrauit facultatem regiã ad extrahendum talem rem à maioria, an reconualescit legatum? vide. l. feruum filij. in prin. ff. de lega. r. & ibi Barto. & Paul. ¶ Quid autem si ille qui vult impugnare alienationem rei maioriæ cum facultate re ris factam sit clericus videtur, quòd si tempore facultatis iam erat clericus, quòd possit: quia si princeps de eo disposuit: vt non possit contrauenire non potuit ex defectu potestatis: si verò tantum generaliter prouidit, quòd nullus contraueniat: ista verba generalia non referuntur ad impossibilia disponenti, & ad ea ad quæ ius iurisdictio se non extendit. vide Bald. in. l. fin. §. in computatione. in fi. C. de iure delibe. & Barto. in. l. si quis sub conditione. ff. de conditionibus institutionum. ¶ Sed pone, quòd rex dedit licentiam alienandi aliquam rem maioriæ, an ille ad quem pertinet post mortem alienantis poterit impedire traditionem possessionis offerendo pretium rei, ad subleuandam necessitatem pro qua venditur? videtur dicendum, quòd sic. & facit bene quod notat Bald. in. §. denique. versiculo. Item nota. quæ fuit prima causa beneficiamittẽdi. vbi & tractat de successore, qualiter impediat alienationem. Imò & videtur, quòd nec dū proximus in gradu hoc posset verum etiam quilibet alius de familia

vocatorum facit. l. qui romæ. §. cohæredes. ff. de verborum obligationibus. & text. singularis in ratione sui. in. l. viribus. ff. de legat. præ. §. si adierit. & facit optime. l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. Item & videtur, quòd tali casu locus sit retractui ex legis dispositione, quia reseruit de genere seu auolengo. ¶ Quid autem si princeps dedit licentiam alienandi ex maioria pro dote filiæ: & tamen pater non dotauit filiam: sed in suos vsus expendit, an poterit successor maioriæ petere res alienatas? videtur, quòd sic ex dicto Barto. per textum ibi in. l. si quis. §. ei qui. ff. de lega. præ. vide tamen quæ dixi in. l. 24. titu. 4. partita quinta. adde etiam. l. si operarum iudicio. ff. de ope. liber. iuncta. glo. ibi in verbo danda. versicu. sed quare in certa. vnde idem esset si venditor pretium non consumpsit vnde pecunia illa conuertetur in vtilitatem maioriæ. Item si alienatio fuit nulla seu non teneat res debet manere penes maiorem filium, & non penes omnes hæredes. l. sicut. ff. de operis libert. ¶ Sed quid si ille, qui ex facultate poterat extrahere à maioria rem ali quam pro dote filiæ, vel alias le yet filiæ talem rem, cum onere si ipsa dederit filio suo, qui succedebat in maioria talem rem vel tantã quantitatem: & erat talis maioria, in qua non succedebat fœmina stantibus masculis: contingit, quòd moritur pater, item & filius masculus & succedit quidam masculus transuersalis, cui filia recusat dare rem vel quãtitatem à patre iniunctam, dicens quòd ipsa est hæres fratris: & sic ad impletum est onus iniunctum, an teneatur adhuc soluere transuersali succedenti in maioria, quod soluere debebat fratri? dic quòd sic per tex. nota. in. l. si is qui. §. fi. ff. de lega. præ. ¶ Item pone quòd quis impetrauit a rege, vt posset extrahere à maioria talem rem pro secundo si io, qui filius ante acceptationem mortuus est, an reuertetur talis res ad maioriam? & videtur quòd sic. per tex. in. l. proponebatur. ff. de castren. pecu. & l. filius familias. & l. hæreditatem. §. pater cum sequẽ. eo. titu. & confert adhoc, quòd si rex concessit quod posset vendere rem maioriæ Titio non videtur concedere, quòd vendat Seio, secundum Andr. de Isser. de prohib. feudi aliena. per Freder. c. Imperialem. r. respõso. l. cum seruo. r. responso. ff. de contrahẽda emptione. Lucas de Pen. in. l. si qñ. in fi. C. de bonis vacanti. lib. 10. ¶ Sed pone, q possessor maioriæ habuit licentiã à principe alienãdi aliquã rem ex maioria, qui in vita non alienauit, sed commisit filio successori vt id faciat, an possit? videtur q nõ per tex. in. l. cerdonẽ. ff. de ope. liber. in contrarium tamẽ fortiter facit. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. vbi qui consentit debitori videtur consentire hæredi eius. pro resolutione videas Bar. in. l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. ma. vbi distinguit inter consentientem ex voluntate, & consentientem ex necessitate. & ego adderem in consentiente ex necessitate, an duret necessitas in hærede vel non. quidenim si necessitas dotandi sororem adhuc duraret pro qua princeps alienationem permisit? certe tunc cum duret necessitas durabit, & licentia ex mente Bartol. in. d. §. si voluntate. ¶ Sed quid si testator qui condidit maioriam concessit licentiam vendendi, donandi, & permutandi, prout vellet rem maioriæ an possit tempore mortis legare, & transiuit multum tempus, q̃ nunquam disposuit possit licentiam? forte potest argui q non. arg. l. viuus. ff. si quis in fraudẽ patro. licet non multum faciat. Tu cogita in hoc. ¶ Aduerte etiã, q̃ istæ licentiæ quæ dantur à principe ad alienandas res maioriæ intelligi debent dūmodo alienet bona fide, & sine fraude maioriæ ex notatis per Bar. in. l. alio. ff. de ali. & cibaria. lega. bonus tex. in. l. r. §. pe. &. l. si libertus. ff. si quid in frau. patro. ¶ Quid aũt si habebat licentiam vendendi rem ex maioria, & sic generaliter iste vero habebat duas maiorias, vnam ex parte patris, aliam ex parte matris, vendidit rem ex maioria matris, tanquam si esset maioriæ patris an tenebit venditio? & videtur, quòd sic. vt notat glo. & ibi Bart. & Platea in. l. r. C. ne filius rem quam vendi. euin. lib. 10. contrariũ tamen esset, si licentia fuerat specialis ad rem ex maioria matris, si vendidisset rem ex maioria patris, vt vult ibi Platea in eo quod dicit de re quæ erat alterius ecclesiæ, cuius rector non consensit. & adde Bald. in. d. l. r. & in c. r. de his qui feu. dare pos. colũn. versi. sed nunquid superior. ¶ Quid si minor. 25. annis impetrauit licentiam regiam ad vendendam rem maioriæ, vendidit & tradidit, & post ea in integrum restitutus est aduersus venditionem. & rehabuit rem, an reincidat in maioriam? dic, quòd sic. l. secunda. §. interdum. & ibi Barto. ad finem. ff. de v ulga. & pupil. l. prima. §. si quis adita. ff. ad Tertullianum. ¶ Sed pone, quòd minor post idens maioriam impetrauit à principe facultatem alienandi aliquam rem, ex ea non facta mentione ætatis: an tenebit alienatio? & videtur dicendum, quod si alienatio erat ex causa necessaria, & seruata fuerit solennitas requisita in venditione rerum minorum, quòd tenebit alienatio. quia & si expressisset ætatem adhuc princeps dedisset licentiam, ex quo causa erat necessaria. Si verò alienatio fuit ex causa voluntaria, non tenebit alie. natio, ex quo princeps minori in tali casu facultatem non dedisset, seu non ita de facili. c. postulasti. & c. super literis. de rescript.

¶ Sed pone q̃ minor sine facultate vẽdidit, & sine solẽnitatib⁹ postea facta mẽtione ætatis, & maioriæ impetrauit a principe cõfirmationẽ vẽditionis? videf q̃ sufficiat: quia auctoritas principis supplet omnem

vi. Iur. de molina, de hispa. ge. l. 4. c. 4. n. 21. / marabo estoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

